

FRANCISCI (3)
Sanctij Brocensis,

IN INCLYTA SALMAN-
ticensi Academia primarij Rhetorices,
Græcæq; linguæ doctoris, veræ, breuesq;
Grammatices Latine insti-
tutiones.



SALMANTICAE.
Excudebat Mathias Gastius.

M. D. LXXVI.
Esta tassado en

FRANCIS

SANCTI BROCCII

IN THEATRO SALMAN.

Græcæ linguæ doctoris, & præfess.
Grammaticæ Latinæ instit.

Latiner.



SALMANITICAE
Excelsæ Mædiciæ Cassinæ

M. D. LXXXVI.
Elizabethe



On Philippe por la gracia de Dios Rey de Ca
stilla, de Leon de Aragon, de las dos Sicilias,
de Ierusalem, de Nauarra, de Granada y de To
ledo, de Valencia de Galicia, de Mallorca, de
Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corte
ga de Murcia, de Iauen, duque de Milan, Con
de de Flandes y de Tirol &c. Por quanto por

parte de vos el Maestro Francisco Sanchez Catedratico de Re
thorica en la Vniuersidad de Salamanca nos fue fecha relació di
ziendo que vos auades compuesto vna Arte de Grammatica y ago
ra de nueuo la auades añadido y emendado y era cosa muy pro
uechosa suplicando nos vos mandamos dar licencia para la po
der imprimir y priuilegio para la poder ver, o como la nuestra
merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como
por su mandado le hizieron en el dicho libro las diligencias que
la prematica agora nueuamente por nos fecha dispone fue acor
dado que deuamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la
dicha razon, e nos tuuimos lo por bien por la qual vos damos li
cencia e facultad, y a qualquier impressor destos nuestros Rey
nos que vuestro poder ouiere para que por esta vez podays im
primir e imprimays el dicho libro que de suso se haze mencion
sin que por ello casgays ni incurrays en pena alguna y mandamos
que despues de impresso no se pueda vender ni venda sin que pri
mero se trayga al nuestro consejo juntamente con el original que
en el fue visto que va rubricado y firmado al fin del de Gonzalo
Pumarejo nuestro escriuano de camara de los que en el nuestro
Consejo residen para que se vea si la dicha impresion esta confor
me al original y se tasse el precio porque se ouiere de vender ca
da volumen lo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en
la dicha Pragmatica y leyes de nuestros Reynos y no fagades en
de al sopena de la nuestra merced y de diez mil marauedis para
la nuestra Camara. Dada en Madrid a nueue dias del mes de Iu
lio de mil y quinientos y setenta y seys años,

D. Episcopus
Segobienstis.

El licenciado
Fuen Mayor.

El licenciado
Juan Tomas.

El licenciado
Contreras.

El licenciado Hernando
Daualos de Soto Mayor.

D. don Hernando
de Montenegro.

Yo Gózal Pumarejo Scriuano de camara de su Magestad la fize
escriuir por su mandado con auerdo de los de su Consejo.

FRANCISCVS SAN-
CTIVS BROCENSIS FRAN-

cisco, Laurentio, Matthæo, Didaco, Iosepho,
Christophoro filijs cariss.

S. D. P.



Aternus amor, filij carissimi, me
gravioribus Philosophiæ, atque
Theologiæ studijs præpeditum
quasi repuerascentem ad hæc Grâ-
matices rudimenta exponenda de-
scendere coegit. Dum enim metuo ne vobis idẽ,
quod mihi contingat, qui non solum in Gramma-
tica, sed in Rhetorica, & Dialectica semper didici
dedocenda; vel famæ periculum, dummodo vo-
bis prosum, subire non dubitavi. Vobis in posterũ
debeant, qui hoc idem incepturi viam inueniẽt
expeditam & purgatam, quæ antea sentibus, lamis,
& crepidinibus abundabat. Nec verò hoc aliquis
interpretetur malignè, quòd videar antiquorum
Grammaticorum labores improbare. Imò verò
ego illorum conatibus faueo, & illos venia dignos
puto, quia veritatem in profundo (vt ille dicebat)
demersam posteris, nisi iniuria temporis illis ob-
stitisset, ostendere conabantur. Non defore scio
multos obnixè obstinatos & pertinaces, quibus vi-
gilias nostras frustra probare conabimur. Sed eo-
dem pacto fuere olim multi, qui, ne antiquum
desce

desererent, inuentis frugibus, glande nihilominus
vescerentur. Talibus ego & vos etiam si Solem
(vt ait Lactantius) in manibus gestemus, neuti-
quam persuadebimus: qui semel atque iterum
deiecti, malunt iugulari, quàm conciliari: & tuē-
tur errores eos, quos illi, qui commiserunt, si uiue-
rent, emendarent. Si tamen erunt aliqui, qui hæc
altiùs velint perpendere, & oculatiùs diiudica-
re, illos ad nostram Mineruam deducetis: quem
librum de causis linguæ Latinæ inscripsimus,
vbi eorum, quæ hic præcipiuntur, ratio redditur,
& omnia testimonijs auctorum confirmantur.
Interim tamen, dum hic liber exit, arma, seu fræ-
na potius, quibus stultas obtreçantium linguas
polsitis obturare, accipite.

LEx non est mutanda, quoties experientia
quippiam melius adfert, ni tatum sit bonum,
vt mala infinita nouatio vincat: Ars mutari de-
bet, quoties intellectui melius quid occurrit. Ex
D. Thoma. 1. 2. q. 97. art. 2.

Non tam auctoritas in disputando, quàm ra-
tionis momenta quæreda sunt. Quinetiam obest
plærunque ijs, qui discere volunt, auctoritas eo-
rum, qui se docere profitentur: desinunt enim
suum iudicium adhibere, id habeant ratum, quod
ab eo, quem probant, iudicatum vident. Neque
verò probare soleo id, quod de Pythagoricis ac-
cepimus, quos ferunt, siquid affirmarent in dis-

putando, quum ex ijs quæreretur, quare ita
esset, respondere solitos, **I P S E D I X I T:**
Ipse autem erat Pythagoras. Cic. 1. Natur. Deorū.

Quidam reprehendent, quòd inusitatas vias
indagemus, tritas relinquamus. Ego autem &
me sæpe noua videri dicere intelligo, quum per-
uetera dicam, sed inaudita plerisque. Cic. in Ora-
tore perfecto.

Sed nescio quomodo plerique errare malunt,
eamque sententiam, quam semel adamarunt,
pugnacissimè defendere, quàm, quid constan-
tissimè dicatur, exquirere. Cic. in Lucullo.

Quæ est enim in hominibus tanta peruersi-
tas, ut inuentis frugibus glande vescantur? Cicer.
in Orat. Horatius in epist.

*Indignior quicquã reprehendi, non quia crasse
Compositum, illepide ve putetur: sed quia nuper.
Nec veniam antiquis, sed honorem, & premia
posci. Et paulò post.*

*Vel quia nil rectu: nisi quod placuit sibi, ducunt:
Vel quia turpe putant parere minoribus: & quæ
Imberbes didicere, senes perdenda fateri.*

Neque enim quæ barbaries admisit, fouen-
da: sed quæ omisit, vindicanda. Cæsar Scalig. Cap.
II. de causis ling. Lat.

Consuetudinem, quæ legem habeat reclaman-
tem, corruptelam esse, non consuetudinem. Sca-
liges

liger ibidem.

Opinionum commenta delet dies, naturæ iudicia confirmat. Cic. 2. Natur. Deorum.

Patet omnibus veritas, nondum est occupata: qui ante nos fuerunt, non domini, sed duces sunt: multum ex illa etiam futuris relictum est. Seneca epist. 33.

Imperitè admodum à multis contra nostram methodum occinitur illud Horatij.

Breuis esse laboro, obscurus fio.

Nam illic agit Horatius de illis, qui sine arte virtutes assequi conantur. Quibus solet contingere, ut in vicina vitia dilabantur: Nam ut prudentiam malitia, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia, & vim dicendi inanis quædam profluentia loquendi imitatur: sic breuitatis virtutem eximiam obscuritas. Imo ipse Horatius in eadè poetica stat à nobis, dum inquit.

Quidquid præcipies esto brevis; ut citò dicta

Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

& Cic. 3. Fin. Quæ perspicua sunt, longa esse non debent. Valetè.

Approbatio.

De mandato Regij Senatus supremi, legi has de lingua Latina doctiss. viri Francisci Sanctij Brocensis Institutiones, dignasque iudico, quæ iterum, & sæpius typis mādētur, utpote quæ præter egregiam breuitatem, quæ traduntur, methodo & perspicuitate præstant. Dat. in collegio. Societatis Iesu. 4. Kal. Quintil. a. ño. 1576.

Hieronymus
Hygueras.

ALFONSI SANCTII
BALLISTÆ TALABRICEN-
sis de Grammatica Sanctij.

Temporibus letis magno Cicerone tonante
Exeruit nitidum lingua Latina caput.
Ast illo extincto seu commota dolore
In duro iacuit lingua Latina solo.
Sunt multi adnisi arte illam releuare iacentem,
Digni queis Musæ premia digna ferant.
Gens fuit illa rudis, dura sic arte iuuabat,
Quur dabit ingentes pauper agellus opes?
Ecce suam tandem ostentat facundia pompam,
Et prisca vires iam sibi restituit.
Sanctius hanc nobis sartam tectamq; tuetur,
Sit sperare nefas omnibus ulterius.

SANCTIVS, AD
Librum suum.

Erunt vulnifico, libelle, dente
Qui te fortè petant, truciue lingua
Conscindant, video, quod vnus ausis
Turbe obsistere copiosiori,
Quam cui præualidæ decem phalanges
Pugnent: vnus estimabis asis
Hos: velutq; puer sinister aurem,
Qui somnum simulet, tacebis vsq;
Derisus: stupidos, parumq; doctos
Et quantum est hominum inuenustiorum
Omnes vnus estimabis asis.

DE NOMINVM DECLINATIONE.

¶ Exemplum primæ Declinationis.

¶ Nominatiuo hæc Musa	Plurali, Nominatiuo musæ.
Genitiuo musæ	Genitiuo musarum
Datiuo musæ	Datiuo musis
Accusatiuo musam	Accusatiuo musas
Vocatiuo musa	Vocatiuo musæ
Ablatiuo à musa	Ablatiuo à musis.

¶ Exempla secundæ Declinationis.

¶ Nominatiuo hic dominus	¶ Nominatiuo hoc templum
Genitiuo domini	Genitiuo templi
Datiuo domino	Datiuo templo
Accusatiuo dominum	Accusatiuo templum
Vocatiuo domine.	Vocatiuo templum
Ablatiuo à domino.	Ablatiuo à templo.
Plurali, Nominatiuo domini	Plurali, Nominatiuo tēpla
Genitiuo dominorum	Genitiuo templorum
Datiuo dominis	Datiuo templis
Accusatiuo dominos	Accusatiuo templa
Vocatiuo domini	Vocatiuo templa
Ablatiuo à dominis.	Ablatiuo à templis.

¶ Exempla tertiæ Declinationis.

¶ Nominatiuo hic sermo	Plurali, Nominati. sermones
Genitiuo sermonis	Genitiuo sermonum
Datiuo sermoni	Datiuo sermonibus.
Accusatiuo sermonem	Accusatiuo sermones
Vocatiuo sermo	Vocatiuo sermones
Ablatiuo à sermone.	Ablatiuo à sermonibus.
enod. anod. enod. A	Arōd. anod. ¶ Nomi-

DE NOMIN. DECLINATIONIB.

¶ Nominatiuo hoc tempus	Plurali, Nominatiuo tēpora
Genitiuo temporis	Genitiuo temporum
Datiuo temporis	Datiuo temporibus
Accusatiuo tempus	Accusatiuo tempora
Vocatiuo tempus	Vocatiuo tempora
Ablatiuo à tempore.	Ablatiuo à temporibus.

¶ Exempla quartæ Declinationis.

¶ Nominatiuo hic Sensus	¶ Nominatiuo hoc Veru
Genitiuo sensus	Genitiuo veru
Datiuo sensu, vel sensui	Datiuo veru
Accusatiuo sensum	Accusatiuo veru
Vocatiuo sensus	Vocatiuo veru
Ablatiuo à sensu.	Ablatiuo à veru.

Plu. Nominatiuo sensus	Plurali, Nominatiuo verua
Genitiuo sensuum	Genitiuo veruum
Datiuo sensibus	Datiuo veribus
Accusatiuo sensus	Accusatiuo verua
Vocatiuo sensus	Vocatiuo verua
Ablatiuo à sensibus.	Ablatiuo à veribus.

¶ Exemplum quintæ Declinationis.

¶ Nominatiuo hic Dies	Plurali. Nomin. dies.
Genitiuo diei	Genitiuo dierum
Datiuo diei	Datiuo diebus
Accusatiuo diem	Accusatiuo dies
Vocatiuo dies	Vocatiuo dies
Ablatiuo à die.	Ablatiuo à diebus.

¶ Adiectiua Primæ & Secundæ Declinationis.

¶ N. Bonus, bona, bonum	A. bonum, bonam, bonum
G. boni, bonæ, boni.	V. bone, bona, bonum
D. bono, bonæ, bono.	A. à bono, bonæ, bono.

DE NOMIN. DECLINATIONIB.

P.N. boni, bonae, bona	A. bonos, bonas, bona.
G. bonorum, bonarum, bonorū	V. boni, bonae, bona.
D. bonis	A. à bonis.

¶ Adiectiua tertiæ Declinationis.

¶ N. hic, hæc, hoc Prudens	N. hic. l. hæc breuis, & hoc bre-
G. prudentis	G. breuis
D. prudenti	D. breui
A. prudentem, & prudens	A. breuem & breue
V. prudens	V. breuis & breue
A. à prouidente vel prudenti.	A. à breui.
P.N. prudentes & prudentia	Plu. N. breues & breuia
G. prudentum, vel prudētium	G. breuium
D. prudentibus	D. breuibus
A. prudentes & prudentia	A. breues & breuia
V. prudentes & prudentia	V. breues & breuia
A. à prudentibus.	A. à breuibus.

¶ Estos quinze nombres aunque van por breuis & breue, tiene también otra masculina terminación en E R. Acer, alacer, celer, celebr, campester, equester, pedester, paluster, saluber, siluester, volucer, September, October, Nouember, December.

¶ N. hic. l. hæc leuior, & hoc le-	Pl. N. leuiores & leuiora
G. leuioris.	G. leuiorum
D. Leuiori	D. leuioribus
A. leuiorem & leuius	A. leuiores & leuiora
V. leuior & leuius.	V. leuiores & leuiora
A. à leuiore vel leuiori.	A. à leuioribus.

NOMINA IRREGULARIA.

¶ Nom. Ego. G. mei. D. mihi vel mi. A. me. Ab. à me. Plu. Nomi. nos. G. nostrum vel nostri. D. nobis. Ac. nos. A. à nobis.

¶ Nominat. tu. Gen. tui. Dat. tibi. Acc. te. V. tu. Abl. à te.

DE NOMIN. DECLINATIONIB.

Plur. Nomin. vos G. uestrum vel uestri. D. uobis. A. uos. V. vos. A. à uobis.

¶ Singul. & Plur. Genitiuo sui. D. sibi. A. se. A. à se.
 ¶ N. hæc domus. G. domi vel domus. D. domui, vel domo. A. domum. V. domus. A. à domo, vel domu. Plu. No. domus. G. domorum vel domuum. D. domibus. A. domos vel domus. V. domus, Ab à domibus.

¶ Nomin. plus. G. pluris. D. pluri. A. plus. V. plus. Ab. à pluri. Plu. No. plures & plura. G. plurium. D. pluribus. A. plures & plura, V. plures & plura. A. à pluribus.

¶ Estos onze nombres van por Bonus, a, um. Pero hazen genitiuo en IVS. y datiuo en I. y los tres postreros, hazen la neutral terminación en VD.

Vnus, totus, solus, & ullus, & ipse vel ipsus,

Nullus, & alter, vter cum prole: ille, iste, alius que.

¶ N. Hic, hæc, hoc. G. huius. D. huic. A. hunc, hanc, hoc. A. ab hoc, hæc, hoc. Plur. N. hi, hæ, hæc. G. horum, harum, horum. D. his. A. hos, has, hæc. A. ab his.

¶ N. Is, ea, id. G. eius. D. ei. A. eum, eam, id. A. ab eo, ea, eo. Plur. No. ei, vel ij, ea, ea. G. eorum, earum, eorum. D. eis, vel ijs. A. eos, eas, ea. Ab, ab eis, vel ijs. Sic Idem, eadem, idem. G. eiusdē. & c.

¶ Plur. N. Duo, duæ, duo. G. duorum, duarū duorum. D. duobus, duabus, duobus. A. duos, vel duo, duas, duo. A. à duobus, duabus, duobus. Sic Ambo, amba, ambo, G. amborum, ambarum, amborum, & c.

¶ Nom. Quis, vel qui, quæ, quod vel quid. G. cuius. D. cui. A. quē, quam, quod vel quid. A. à quo, qua, quo, vel qui. Plur. N. Qui, quæ, quæ. G. quorum, quarum, quorum. D. quis, vel quibus. Acc. quos, quas, quæ. A. à quis vel quibus.

DE NOMINI DECLINATIONIB.

¶ De compositis à Quis, vel Qui.

Sunt Aliquis, Nequis, Siquis, Nunquis, simul Ecquis:
 Horum fœmineum, pluraleq; neutrum, A ponet.
 Post Quis pone Piam, Nam, Quã, Quis, iungimus his *Que*.
 Post Qui: Dam, Vis, Cumq;, Libet, iunge Vnusquisque.

NOMINA SECUNDÆ

non declinat. In Vs, & Vm.

Pilea, pileolus, punctum, signa, intyba, porrum.
 Carbasus, & chypeus, frenum, baculusq;, bacillus.
 Sybilus, & rastrum, buxum, freta, suppara, balthem.
 Culeus, & corium, collum, dorsumq;, crocumq;.
 Scuta, sagus, cubitus, cliuus, coelus, puteusq;.
 Tartarus, & montes multi: crystallon, auernus.
 Sed locus & locus Vm numero amiserit priore.
 Dic quartæ rictus, prætextus, sensa, euentus.

¶ Secundæ vel quartæ sub eodem fine.

Laurus, acus, pinus, quercus, cornus, specus, arcus.
 Ficus, cumq; lacus, colus, & domus, adijce fastos.

¶ Variè redundantia.

Penus. i. penum. i. penus us, penus oris, penu, u.
 Emblemazatis: emblematum. i. sic multa huiusmodi.
 Adipes, adeps: sepes, seps: trabes, trabs: plebes, plebs.
 Iugerum. i. iuger, is. Vas vasis, vasum. i.
 Tapetum. i. tapes. etis. tapete
 Gausapum. i. gausape
 Prænests, is. præneste
 Soractes, is. soracte
 Tonitrus us, tonitru.
 Gelus. us, gelu.

Indeclinabile.

DE CONIUGATIONIB.
PRIMA CONIUGATIO.

¶ Actiua voce.

¶ *Præsens primum.* Primer tiempo presente.

A Mo	Yo amo
Amas	Tu amas
amat.	Aquel ama
Plural. Amamus	Nos amamos
Amatis	Vosotros amays
Amant.	Aquellos aman.

¶ *Præsens secundum.*

Amem	Segundo tiempo presente, Yo ame
Ames	Tu ames
Amet	Aquel ame
Plur. Amemus	Nos amemos
Ametis	Vosotros ameys
Ament.	Aquellos amen.

¶ *Primum præteritum imperfectum.* Primer tiempo imperfecto.

Amabam	Yo amaua
Amabas	Tu amauas
Amabat.	Aquel amaua
Plural. Amabamus	Nos amauamos
Amabatis	Vos amauades
Amabant.	Aquellos amauan.

¶ *Secundum imperfectum.* Segundo tiempo imperfecto.

Amarem	Yo amara, amaria y amasse.
Amares	Tu amaras, amarias y amasses.
Amaret	Aquel amara, amaria, y amasse.
PL Amaremus.	Nos amaramos, amariamos, y amass.
Amaretis	Vos amarades, amariades, y amassedes.

Amarent.

DE CONIUGATIONE

Amerent.	Aquellos amaran, amarian, y amassen.
¶ Primū præteritum perfectū.	Primer tiempo cumplido.
Amaui	Yo ame, he, e oue amado.
Amauisti	Tu amaste has, y ouiste amado.
Amauit	Aquel amo, ha, y ouo amado.
Plur. Amauimus.	Nos amamos, hemos y ouimos amado.
Amauistis	Vos amastes, aueys, y ouistes amado.
Amauerūt vel Amauere.	Aq̃llos amarō, hã, y ouierō amado.
¶ Secundū præteritū perfectū.	Segūdo tiempo cumplido.
Amauerim	Yo aya amado
Amaueris	Tu ayas amado
Amauerit	Aquel aya amado.
Plur. Amauerimus	Nos ayamos amado.
Amaueritis	Vosotros ayays amado.
Amauerint.	Aquellos ayan amado.
¶ Plusquàm perfectū primū.	Primer tiẽpo mas que cūplido.
Amaueram	Yo auia amado.
Amaueras	Tu auias amado
Amauerat.	Aquel auia amado
Plural. Amaueramus.	Nos auiamos amado
Amaueratis	Vos auiaades amado
Amauerant.	Aquellos auian amado.
¶ Plusquàm perfectū secūdum.	Segūdo tiẽpo mas q̃ cūplido.
Amauissem	Yo ouiera, y ouiesse amado
Amauisses	Tu ouieras, y ouiesse amado
Amauisset.	Aquel ouiera, y ouiesse amado
Plu. Amauissemus.	Nos ouieramos, y ouiessemos amado
Amauissetis	Vos ouierades, y ouiesseades amado.
Amauissetent.	Aquellos ouieran, y ouiesssen amado.

DE CONIUGATIONIB.

¶ Futurum primum. Futuro para prometer.

Amabo Yo amare.

Amabis Tu amaras.

Amabitur Aquel amara.

Plura. Amabimus Nos amaremos

Amabitis Vos amareys

Amabunt Aquellos amaran.

¶ Futurum secundum. Segundo tiempo venidero:

Amauero Yo amare, ouiere: y aure amado

Amaueris Tu amares, ouieres, y auras amado

Amauerit Aquel amare, ouiere, y aura amado

P. Amauerimus Nos amaremos, ouieremos, y auremos ama.

Amaueritis Vos amaredes, ouieredes, y aureys amado

Amauerint Aquellos amaren, ouiere, y auran amado.

¶ Futurum Tertium. Futuro para mandar.

Amā vel amato Amatu

Amato Ame aquel

Plural. Amate vel amatote Amad vosotros

Amanto Amen aquellos

¶ Infinitum verbum. El verbo indeterminado.

Amare Amar

Amauisse Auer amado

¶ Gerunda verba. Los verbos Gerundos.

Amandi De amar.

Amando En amar.

¶ Supinum verbum. El verbo supino.

Amatum A amar.

¶ Participia. Los participios.

Amans El que ama, o amando

Amaturus, amatura, amaturū El que ha, o esta para amar.

DE CONIUGATIONE,
PASSIVA VOCE.

P resens primum. Amor.	Yo soy amado
A maris, vel amare	Tu eres amado
A natur	Aquel es amado
Plurali A mur	Nos somos amados
A mini	Vos soys amados
A ntur	Aquellos son amados
¶ Presens secundum. Amer.	Yo sea amado
A meris, vel amere	Tu seas amado
A metur.	Aquel sea amado
Plurali, A mentur	Nos seamos amados
A mini	Vos seays amados
A mentur.	Aquellos sean amados.
¶ Imperfectum. I. amabar.	Yo era amado
A maris vel amabare	Tu eras amado
A mbatur.	Aquel era amado.
Plural. A mbamur	Nos eramos amados
A mbamini	Vos erades amados.
A mbantur.	Aquellos eran amados.
¶ Imperf. 2. Amarer.	Yo fuera, seria, y fuesse amado.
A mareris vel amarere.	Tu fueras, serias, y fuesstes amado
A maretur.	Aql fuera, seria, y fuesse amado
Plura. A maremur.	Nos fuera mos seriamos y fues-
	femos amados.
A maremini.	Vos fuerades, seriadés, y fuesstedes amados.
A maremur.	Aquellos fueran serian y fuessten amados.
¶ Futurum. I. Amabor	Yo sere amado
A maberis, vel amabere	Tu seras amado
A mabitur	Aquel sera amado

DE CONIUGATIONIB.

<i>Amabimur</i>	Nos seremos amados
<i>Amabimini</i>	Vos serays amados
<i>Amabuntur.</i>	Aquellos seran amados.
¶ <i>Futur. 3. Amare, vel amator</i>	Se tu amado
<i>Amator.</i>	Sea aquel amado
<i>Plu. Amanini, vel am. minor</i>	Sed vos amados
<i>Amantor</i>	Sean aquellos amados.
¶ <i>Infinittum verbum. Amari</i>	Ser amado
¶ <i>Partici. Amatus. ata, um.</i>	Cosa amada.
<i>Amandus, da, dum.</i>	Cosa q̄ha, odeque ser amada

SECUNDA CONIUG.

Actiua voce, Præfens primum.

Moneo. yo auiso. *mones, monet.* *Monemus, monetis, monent.*

Præfens secundum. Moncã. yo auise. moncas, moneat. Moncamus, moneatis, moneant.

Imperfectum primum. Monebam. yo auisaua. monebas, monebat. Monebanus, monebatis, monebant.

Imperfectũ. 2. Monerem, yo auisara, auisaria, y auisasse. moneres, moneret. Moneremus, moneretis, monerent.

Primum præf. perf. Monui. yo auise, he, y oue auisado. monuisti: monuit, Monuimus, istis, monuerunt vel monuere.

Secundum præf. perf. Monuerim. yo aya auisado. monueris, monuerit. Monuerimus, monueritis monuerint.

Plusquã perfect. primum. Monuerã. yo auia auisado. monueras, monuerat. Monueramus, monueratis, monuerant.

Plusquam perf. secundum. Monuissẽm, yo ouiera y ouiesse auisado. monuisses, monuisset. Monuissẽmus, etis, monuissent.

Futurum primum. Monebo. yo auisare. monebis, monebit. Monebimus,

DE CONIUGATIONIB.

nebitis, monebitis, monebunt.

Futurum. 2. Monuero. yo auisare, ouiere, y aure auisado.
monueris, monuerit. Monuerimus, ritis, monuerint.

Futurum tertium. Mone vel moneto. auisa tu. Moneto. auise
squel. monete vel monetote. auisad vosotros. Monento. auisen
aquellos.

Infinitum verbum. Monere. auisar. Monuisse, auer auisado.
Gerunda Monendi, de auisar Monendo. en auisar.

Supinum. Monitum. a auisar.

Participia. Monens. el que auisa, o auisando. Moniturus, *a,*
um. el que ha, o esta para auisar.

Passiua voce, Præsens primum.

Moneor, yo soy auisado. moneris, vel monere, monetur.
Monemur, monemini, monentur.

Præsens secundum. monear. yo sea auisado. monearis, vel mo
neare, moneatur. Moneamur, amini, antur.

Imperfectum. 1. Monebar. yo era auisado. monebaris, vel mo
nebare, monebatur. Monebamur, monebamini, bantur.

Imperfectum. 2. Monerer. yo fuera, seria, y fuese auisado. mo
nereris vel monerere, etur. Moneremur, emini, entur.

Futurum primum. Monebor. yo sere auisado, moneberis vel
monebere, bitur. Monebimur, monebimini, monebuntur.

Futurum. 3. Monere vel moneto. se tu auisado. moneto. sea
aquel auisado. Monemini, vel monemini. sed vosotros auisa
dos. Monentor. sean aquellos auisados.

Infinitum. Moneri. ser auisado.

Participia. Monitus, monita. tum. cosa auisada. Monendus, *da,*
dum, cosa que ha, o deue ser auisada.

Tertia coniugatio.

Tercera, y quarta coniugacion figuen a la segunda, excepto estos tiempos.

Actiua voce, Præsens primum.

LEgo, yo leo. legis, legit, Legimus, legitis, legunt.

Futurū primum. Legam, yo leere. leges leget. Legemus, legetis, legent.

Futurum tertium. Lege, vel legito. lee tu. legito lea aquel. lecite, vel legitote. leed vosotros. legunto, lean aquellos.

Infinitum verbum. Legere. leer. &c.

Passiua voce, Præsens primum.

LEgor, yo soy leydo. legeris, vel legere, legitur, Legimur, legimini, leguntur.

Futurum primum. Legar, yo sere leydo, legeris, vel legere, legetur, Legemur, legemini, legentur.

Futurum tertium. Legere, vel legitor, se tu leydo. legitor. sea aquel leydo. legimint, vel legimintor. sed vosotros leydos. leguntor, sean aquellos leydos.

Infinitum verbum. Legi. ser leydo. Cetera vt Monco.

Quarta Coniugatio.

Actiua voce, Præsens primum.

Avdio, yo oygo. audis, audit, Audimus, auditis, audiunt.

Futurum primum. Audiam, yo oyre. audies, audiet, Audiemus, audietis, audient.

Futurum tertium. Audi, vel audito, oye tu. audito. oya aquel, audite vel audite, oyd vosotros. audiuntor. oyan aquellos.

Infinitum verbum. Audire. oyr. &c.

Passiua

DE CONIUGATIONIB.
Passiua voce, Præfens primum.

Avdior, yo soy oydo. audiris, vel audire, auditur. Audimur, audimini, audiuntur.

Futurum primum. Audiar, yo sere oydo. audieris vel audiere, audietur. Audiemur, emini, entur.

Futurū tertium. Audire, vel auditor. se tu oydo, auditor. sea aquel oydo. audimini, vel audimino. sed volotros oydos. audiuntor. sean aquellos oydos.

Infinitum verbum. Audiri, ser oydo. Cetera vt Moneo.

DE VERBIS ANOMALIS.

Svm, es, fui. esse, ens, futurus.

Præfens Primum. Sum. yo soy. es, est. Sumus, estis, sunt.

Præfens secundum. Sim yo sea, sis, sit. Simus, sitis, sint.

Primum imperfectum. Eram, yo era, eras, erat. Eramus, eratis, erant.

Secūdum imperfectum. Essem, yo fuera, seria, y fuelle, esses, esset, Essemus, essetis, essent.

Primum præteritum perf. Fui, yo fui, he, e oue sido. fuisti, fuit. Fuimus, fuistis, fuerunt: vel fuere.

Secūdum præ. perfect. Fuerim, yo aya sido. fueris, fuerit. Fuerimus, fueritis, fuerint.

Primum plusquam perfect. Fucram, yo auia sido. fueras, fuerat. Fueramus, fueratis, fuerant.

Secundū plusquam perfectam. Fuissēm, yo ouiera, y ouielle sido, fuisses, fuisset. Fuissēmus, fuissetis, fuissent.

Futu. prim. Ero, yo sere. eris, erit. Erimus, eritis, erunt.

Futurum secundum. Fucro, yo fuere, y aure sido. fueris, fuerit. Fuerimus, fueritis, fuerint.

Futurum tertium. Es vel esto, sey tu. esto. sea aquel. Este vel estote.

DE CONIUGATIONIBUS.

estote. sed vosotros. Sunt. sean aquellos.

Infinitum verbum. Esse, vel Fore. ser: o auer de ser.

Fuisse. auer sido.

Participia. Ens. el que es, o siendo. Futurus, futura, futurum. lo que ha, o deue ser.

De Fero.

FEro, fers, fert. Ferimus, fertis, ferunt. Ferrē, ferres, &c. Ferre. Futur. 3. Fer, vel ferto, ferte, vel fertote. Passiue. Feror, ferris vel ferre. Cetera vt Moneo.

Volo, vis, vult. Volumus, vultis, volūt. Velim, velis, &c. Vellem, velle. Futuro tertio caret. Sic Malo, & Nolo. Adde noli, vel nolito, nolite vel nolitote.

Edo, es, est. Edimus, editis, edunt. Essem esses esset. Essemus, essetis essent. Futurum tertium. Es vel esto, estote. Esse. Pass. estur.

Forem, fores, foret, forent. Fore. pro essem, esses, esset, essent. Esse.

Odi, noui, coepi, memini, in præterito, & ab eo formati. & memento, mementote.

Eo, queo, veneo, habent ibam, & ibo, & ab eo, eundus, & iens, euntis.

Dic, duc, fac, in futuro tertio.

Cedo, pro dic vel da.

Faxo, faxis, faxit. Faximus, faxitis, faxint. Futur. 1.

FORMATIONES.

De Amo, amem.

De amas, amabam, amarem, amabo, ama, amare.

De amat, amato.

De Moneo, moneam.

De mones, monebam, monerem, monebo, mone, monere.

DE CONIVGATIONIB

De monet, moneto.

De Lego, legam, as, & legam, es.

De legis, legebam, legerem, lege, legere.

De legit, legito.

De audio, audiam, as: & audiam, es.

De audis: audiebam, audirem, audi, audire.

De audit, audito.

Ram, Rim, Ro, ssem, sse, perfecta priora creabunt.

Todo verbo en O R, carece de preterito: pero puede se le supplir por sum es fui, y el Participio passiuo. Las demas personas se formam deste modo.

Formatio passiuorum.

O.	}	Assumit	{	R.
T.				VR.
Imperat.				RE.

Mutabis in Passiua.

As.	}	IN	{	aris & are.
Es.				eris & ere.
Is.				eris, & ere.
Is. quarta.				iris & ire.
Vs.				Vr.
M.				R.
Tis. & Te.				mini.
Tote.				minor.

ANNO TATI VNCVLÆ.

in paradigmata.

Datiuo sensu, vel sensui.) *Datiuus singularis non superabit genitiuum. Vnde à genitiuo sensus aptè formatur datiuus sensu, ablato S. sicut à genitiuo sensuis, quo antiqui utebantur, fit sensui. Vide Gell. li. 4. c. 16. Et datiuum in V, esse in vsu, multa ostendūt testimonia. Virgil. Parce metu Cytherea. Idem, Portuq; subimus Chaonio. Idem, Daphnis curru subiungere tygres Instituit. Idem, Aliæ victu inuigilant. Idem, Venatu inuigilant pueri. Idem, Quod nec concubitu indulgent. Catull. cœlesti reddita cœtu. Liuius libr. 2. deca. 3. Dum consul placandis Romæ Dijs, habendoq; delectu dat operam. Terent. Dauu suasu non repugnat Pamphilus. Idem, Neutiquam hæc res neglectu est mihi. Nec est vltimum supinum, vt supine disputant Grammatistæ. Nam Virgilius eodem modo dixit: Mirabile visu: & oculis mirabile monstrum. Idem libr. 7. Gens assueta venatu nemorum: & alibi, assuetæ ripis. Multa alia exempla citat Gell. loco citato. ¶ Acer, & aliqua nomina in ER, habent terminationem in IS, etiã pro masculinis. Terent. Quid tu es tristis, quid uè es alacris? Anei. 5. Ergo alacris, cunctosq; putās excedere pugna. & lib. 6. Alacris palmas utraq; tetendit. Somnus acris ex Ennio citatur à Prisciano. Cicer. Locus celebris, an desertus. Idem, Annus salubris & pestilens, contraria. Tibull. lib. 2. Deus celebris. A sconijs. 2. Verr. Alacer, siue alacris, utruq; enim dicitur, is qui viget sensibus vniuersis. ¶ Datiuo domui vel domo.) Horat.*

Posendeq; domo quærenda est area primum. Cato de re rust. c. 134. & 138. & 141. sepe dicit: domo familiæq; meæ.

I

D E P A R T I B V S

O R A T I O N I S .

GRAMMATICAM est ars rectè loquendi: cuius finis est congruens oratio. Oratio cōstat ex vocibus: Voces ex syllabis: Syllabæ ex literis.

Litera est indiuidui soni comprehensio, est que vocalis aut consona.

Vocalis est litera, quæ per se syllabam efficit: vt, A, E, I, O, V, Y. ex his quatuor fiunt diphthongi: æ, œ. au. eu. vt, æs. pœna, laurus, Eurus. & yi Græca, vt Harpyia.

Consona sine vocali syllabam non efficit. Sunt autem quindecim. Ex quibus septem semiuocales: L, M, N, R, S, X, Z, Sed L, R. liquescunt præcedente muta. Mutæ octo, B, C, D, F, G, P, Q. T.

V. post Q. liquescit: & post G & S, aliquando: vt sanguis, suavis.

I, & V; fiunt consonantes, si feriant vocalem: vt iuuat.

Y, solis Græcis vocibus accommodatur.

H, litera non est, sed aspirationis nota.

X, & Z, sunt duplices, & I, inter vocales: vt aio, Caius.

Syllaba est integri soni comprehensio: vt dos, flos.

Hæc aut est breuis, quæ vnum tempus consumit: aut longa, quæ duo: aut anceps, vt mox dicitur.

Vox seu dictio est qua vnumquodque vocatur. Cui accidunt Accētus, Figura, Species. Accētus est vocis modulatio. de quo postea. Figura ostendit sit vox simplex, an cōposita. Species, sit ne vox prima, an aliunde flexa.

Voces omnes aut numeri participes sunt, aut expertes.

Numerus est differentia vocis secundū unitatem, aut multitudinē. Et est duplex, Singularis, qui unū significat, ut, homo viuit. Pluralis, qui plura: ut homines viuunt.

Voces numeri participes sunt. Nomen, Verbum, Participium. Expertes numeri: Præpositio, Aduerbiū, Coniunctio. Quæ partes orationis appellantur.

DE NOMINE.

Nomen est vox particeps numeri casualis cum genere. Ex quibus differentijs oritur declinatio.

Casus est specialis differentia numeri nominalis. Sunt autem casus sex. Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Genus est differentia nominis secundū sexū. Genera sunt tria: Masculinū, cuius nota est hic: ut, hic dominus. Femininum, hæc: ut, hæc musa. Neutrum, hoc: ut, hoc templū. Dubium verò solo auctorum arbitrio, nunc masculinè, nunc effertur femininè, ut, hic vel hæc cortex.

Diuiditur nomen in Substantiuum, & Adiectiuum. Substantiuum est, quod cum vno genere declinatur, ut pater, mater. Adiectiuum genus nō habet, sed terminationes ad genera, sub vno fine, ut felix, par, oriens. Vel sub duobus, ut fortis & forte, dis, & dite. Vel sub tribus: ut bonus, bona bonum. Hispanè fere semper significat Cosa.

Declinationes quinque sunt. Prima facit genitiuum singularem in. e. ut, musa muse: Secunda in. i. ut, dominus domini. Tertia in is. ut, sermo sermonis. Quarta in us. ut sensus sensus. Quinta in ei. ut dies dici.

De specie Nominum.

Deriuatiuorum nominum plura sunt genera, sed hec precipua. Possessiua, Deminuta, Comparatiua, Superlata.

Possessiuum est, quod idem significat, quod genitiuum unde creatur: ut, paternus, meus, tuus, suus.

Deminutum, quod minus significat, quam suum primogenium, cuius semper genus & significatione seruat: ut, à fune funiculus, à rege, regulus.

Comparans nomen est quod vnum, vel plura, sui, vel alieni generis superans dissoluitur in positiuum, & aduerbium Magis: ut doctior, magis doctus.

Comparatiua non fiunt nisi à nominibus adiectiuis, quae positiua vocantur, à primo casu in I, addita O R: ut, penitior à penitus, a um.

Superlatum nomen est quod dissoluitur in positiuum & aduerbium Maxime: ut doctissimus, maxime doctus.

Superlata fiunt ab eodem casu, addita ssumus: ut potissimus à potis & pote.

Hec tria dant llimus: Similis, facilisq; humilisq;

Cum rectus sit in B. R. ternus gradus in Rimus exit:

Vt veter, & deter: queis matur iungito priscum.

Sex Timus accipiunt, dexter, ceterq; sinister,

Interus, atque vltter: extremus & extimus exter.

Inferus infimum habet, Superus cum posterus Eimus.

Bonus melior optimus: Malus prior pessimus: Magnus maior maximus: Paruus minor minimus: Multum plus plurimum. Et composita: à dico, facio, volo, que faciunt Entior, entissimus: ut maledicus, beneficus, beneuolus.

Quaedam

DE PARTIBVS ORATIONIS

Quaedam carēt aliquo gradu: vt, Primus prior. Senex senior. Iuuentis iunior. Adolefcens adolefcentior. Proximus proximior feu propior. Pius piiffimus. Falfus faliffimus. Inuitus inuitiffimus. Nouus nouiffimus. Ocyor ocyiffimus, ab ocys Græca.

DE VERBO.

Verbum est vox particeps numeri personalis cum tempore. Ex his differentijs oritur coniugatio.

Persona (que rectius facies diceretur) est fpecialis differentia numeri verbalis. Ea est triplex. Singularis prima: vt amo. Secunda: vt amas. Tertia: vt amat. Pluralis prima: vt amantus. Secunda: vt amatis. Tertia: vt amāt.

Hec diuidit verbum omne in Personale & Impersonale.

Tempus est differentia verbi fecundum præfens, præteritum & futurum. Verbi finiti quinque funt tempora: Præfens. Imperfectum. Perfectum. Plusquam perfectum. Futurum. Verbi infiniti totidem funt, fed indiftincta: Nam amare omnium temporum effe potest.

Coniugationes quatuor funt. Prima habet As in fecunda perfona primi præfentis: vt amo amas amare. Secunda Es: vt, moneo mones monere. Tertia Is: & infinitum in Ere breue: vt, lego legis legere. Quarta Is, & infinitum in Ire longum: vt, audio audis audire.

DE PARTICIPIO.

Participium est vox particeps numeri cafualis, tempus, & constructionem à verbo ducens: Amans, amaturus in actiua omnia tempora adfignificant: ficut Amatus, & amandus in paffiua.

DE PARTIBVS ORATIONIS. §
DE PRÆPOSITIONE.

Præpositio est vox expers numeri, quæ casibus præponitur, & in compositione reperitur.

Præpositiones accusatiui sunt: Ad, apud, ante, aduersus vel aduersum. Cis, citra, circum, circa, contra. Erga, extra. Inter, intra, infra, iuxta. Ob, Pone, per, propter, post, præter, penes. Supra, secundum, Trans, Ultra.

Ablatiui sunt. A, ab, abs, absque. Cum, coram. De. E, ex, Pro. præ, palam, Sine. Tenus.

Accusatiui & Ablatiui. Clam, in, sub, subter, super.

Præpositiones seu aduerbia, quæ tantum in compositione reperiuntur. Am, con, dis, di, re, se.

DE ADVERBIO.

Aduerbium est vox expers numeri, quæ alijs vocibus tanquam adiectiuum adiungitur: vt, valde cõstans; differit acutè, bene manè.

DE CONIUNCTIONE.

Coniunctio est vox expers numeri, qua orationes coniunguntur: Etiam si sensa separentur: vt Rome, vel in agro viuit.

DE GENERE
NOMINVM.

¶ Regulae Generales.

Propria cuncta genus reuunt: raro inspicie fines.
Inferiora etenim nomen generale sequuntur.
Vir, mons, vrbs, fluuij, insula, fabula, nauis, & arbor.
Mascula sunt hominum officia: & muliebria dant haec.
Non variata feras neutra: & pro nomine suntum.

De genere Dubio.

Hic aut haec sit adeps, calx, cortex, clune, canalis.
Atque dies, finis, forceps, tum grossus, & imbrex.
Linter, margo, & onyx, puluis, pumexq; penusq;
Scrobs, specus, atq; silex, stirps trunci, torque, varixq;
Multaq; quae e Graecis o s, in vs vertere Latini.

Regulae Terminationis.

A, & E, foemineum: Adria mas, planeta, cometa.

Ternae A. & E, neutrum: ceu pascha, emblema, cubi
O, mas. Haec DO, GO, per Inis: mas cardo, vel ordo
Haec caro: & verbale in IO, queis talio iunges.

C. T. L. V M, neutrum: sal, mugil, solq; virile.

N, mas, M E N, neutrum: gluten, simul inguen, & unguen
Atque ON, non ternae. Haec sindon, icon, aedon.

A R neutru. E R mas. Hoc cicer, & sifer, & piper, iter,

Laser, acer, filer: Atq; in BER, VER: hic liber, imber.

O R, mas Haec arbor. Neutrum, cor, marmor, & equor.

V R, neutrum. Mas, turtur, vultur, iungit o fursur.

A S, E S, I S, muliebre. A S, & sua turba virile.

Vas vasis neutrum. Hic elephas, adamasq; tyaras

Hic

Hic aries, paries, pes, verres, meridiesque.

Et plurale. Et Itis crescens. Quibus addito Græca:

Hic pollis, fascis, casse, ensis, piscis, & axis,

Glis, cucumis, mensis, vermis, cum sanguine, postis,

Et torris, caulis, follis, vectis, lapis, unguis.

Et cenchris, retis, vomis seu vomer, & anguis.

Fuste, orbis, callis, collis. Finita Nis adde.

OS. VS. mas. Hæc dos, cos. Neutrum os oris, & ofsis.

Hæc humus, hæc aliūs, vānus, & domus, & colus, id^o,

Porticus, atque tribus, cum ficus, acusq; manusq;.

Hoc pelagus pelagū, vulgus vulgū, hoc quoq; virus.

V S. ternæ neutrum. Mas mus, grus, pūs, lepus, & sus.

Hoc æs. Hæc capiunt variata per Utis, & Vdis.

S, muliebre, Hic mons, fons, dens, pons. Græca, ut hydrops seps.

X, dato foemineis. Hic grex: Polysyllabaq; AX, EX.

Fœmineum fornax, balex, his iunge supellex.

Mas lynx, fornice, Oryx, phœnix, calyxq; , calixque.

DE NOMINVM DECLINATIONE.

In neutris primus, quartus, quintus similes sunt.

Tres iidem casus plurales A, retinebunt.

Est quintus recto similis: S, tollito Græcis.

Tertius & sextus plurales assimulantur.

Prima declinatio.

Prima dat A, nostris, A S, E S, E, Græca dabuntur.

E, dabit E S, patrio: quarto E N, atque E, dato sexto.

Auras aurai patrio dant sæpe poetæ.

Secunda Declinatio.

Alteræ E R, V S, V M, virq; saturq; E V S pone Pelasgis,

Vir, puer excrescunt: velut R, si Rus dedit olim.

V S, per E: mutabit quintus: Deus excipe tantum.

Sed proprium per I V S, dabit. I. dic mihi quoque fili.

Dijq; dei, atque deis dijs. Hic sed sæpe poetæ

Orpheos, Androgeo patrio, dantq; Orphea quarto.

Tertia Declinatio,

Tertia dat varios fines tamen I S genitiuo.

A, præstabit A T I S, Non crescunt nomina per E.

O N I S ab O: caro carnis nemo, cardo, homo, Apollo

D O, G O, foemineum, margo, ordo, turbo dat I N I S.

Vnedo fert Onis: Anio Neriog; dat Enis.

Crescit I S: L, N, R, T, lac lactis, caput, itis

Men, Cen pekten Inis, iungas simul inguen & unguen

O N, aliquando Ontis Græcis: cor nataq; cordis.

E, perdunt imber, cum turba acerq; alacerq;

Et ceber: Latium in Ster, Ter: tollito later.

Robur,

Robur, ebur, femur, atq; iccur mittuntur in Oris.
 Postulat AS, Atis. Sed Adis, dat Græcus & antis,
 Vas vadis & vasis, ac aosis, mas maris optat.
 Es dat Itis: Cererisq; Ceres. Etis ariete perpes:
 Præpes, hebes, paries, teres, indiges, interpretisq;
 Inquies, & locuples, magnes & cætera Græca.
 E D I S, pes, merces, hæres. Idis à sedeo ortum.
 Non crescit vates, verres, proprium, Et muliebre.
 Sed teges, atq; seges, abiesq; quiesq; dat Etis.
 I S, tibi nõ crescit: cuspis, lapis, & Græca Idis habebunt.
 Itis, dis, samnis, lis, Quiris, Glisq; das iris.
 Impubis, cucumis, puluis, vomis, cinis Eris.
 Pollis, sanguis, Inis, Simois, Pyroisq; dat Entis.
 Os, Oris; ceu, flos. Otis sed compos & impos.
 Et Græca; atq; nepos: tum dos, eos, atq; sacerdos.
 Quædam Ois; vt, Minos, custodis, bos bouis, ofis.
 VS, dat Eris; Sed Oris lepus, atq; decus, facinusq;
 Et nemus, & tergus, pectus, cum tempore, frigus,
 Hoc pecus & litus, corpus: cum scenore, pignus.
 Vdis dat subscus, palus, incus, dat salus Vtis
 Intercus, virtus, seruitq; Iuuenq; senectus.
 Grus & sus dat uis: tellus & monosyllaba in Vris.
 Pus deducit Odis. Sed in Vntis oppida quædam.
 Es eris, præ prædis habent: laus, fraus petit Audis.
 S. sine vocali (vt frons, lens, puls) vertitur in Tis,
 Lens, frons, glâs, nefrens, libripēs, Dis, aucupis auceps.
 I, mediatur cum Bs, Ps, syllaba finit, hyemsq;
 E, per I, mutabunt polysyllaba, principe, cælebs.
 X, in Cis verte: vt, fax. Lectilis edo supellex.

IO DE NOMINVM DECLINATIONE.

(Demto hallex, veruex) E, per I, polysyllaba vertunt.
 In Gis, lex, grex, rex, remex. Phryx. coniuge mastyx.
 Frugis. & impetigis. Styx. strix. & pleraq; Græca.
 Chis dat onyx. nox noctis habet. niuis & senis edam.

¶ Fœmine ũ IS. non crescens E. M. siue I. M. dato quarto.
 I. M. sitis. & tussis. vis buris. peluis habebunt.

Græca in I. S. I. M. siue I. N. mittūt parisyllaba. vt Iris.
 Sextus E. vult semper. Sed E. aut I. postulat imber.

Atq; adiectiua: vt pugil & Trix: adde supellex.

Amne. ignis. postis. vectis. rus. anguis. & unguis.

Quartus in E. M. sine I. M. semper dabit I. vel. E. sexto.

Al. ar. e. neutrū I. dat. Sed E. far. nectar. iubar, hepar.

Plus pluri melius. Sic I. M. aut I. N. dantia quarto:

E. S. recto & quarto. Sed I. A. cum sextus habet I.

Comparatiua tamen per A. solum, plusq; vetusq;.

V. M. patrius. Sed I. V. M. dabit imber. vter. caro. linter.

Quæq; in I. A. mittunt rectum: queis addis a plustra.

E. S. I. S. non crescens (vates. iuuenis. canis, V. M. dant)

Sed monosyllaba iū. præter dux, nux. sue. grus. frux.

Ren. fur. flos. mos. Tros. grex. lex. rex. vox. laus. pes.

Atq; boum bos. bubus. hobus pone datiuo: (prex.

Tertius est in I. B. V. S. Sed A. T. I. S. magneutra Pelasga.

Tres casus Græcos retinent hic sæpè poetæ

Si crescat nomen: ceu Pallados, Hæctora, Troas.

Quarta Declinatio.

Quarta dat V. S. recto: dat & V. prius inuariatum.

Dant V. B. V. S. hæc quatuor. partus. arcus. tribus. artus.

Quinta Declinatio.

E. S. olim patrius: sed & E. ij. sæpè poetæ.

E. B. V. M. Ebusq; caret pluralis: tolle dies. res.

II

DE VERBORVM PRAETERITIS ET SVPINIS.

Compositum simplexq; modo flectuntur eodem.
Cum geminat simplex composito tolle priorem.
Præter posco. disco. sto. do. vult currit utrumq;.

Prima Coniugatio.

A s. Aui. Atum. Nulla hinc exceptio fiat.
Nam quæ aliter faciunt flectebat tertia quondam.
Hinc domo. crepo. sono. tono. veto. cumbo üi. itum.
Lauro laui lautum lotum: lui lutum ab illo.
Eneco, üi. ectum, aui, atum: interneco iunges.
Applico. & Ex. In. aui atum dant quoq; üi. itum.
Et seco dat secui sectum. frico fricui frictum.
Dimicat aui atum: micui nihil amplius optat.
Do dedi atq; datum. didi ditum germina ternæ.
Sto stetit & statum. composita stiti itum & atum.
Potum & potatum poto. iuuo iuui adiutum.

Secunda Coniugatio.

E s. dat üi. dat itum: Doceo doctum, teneo tentum.
Miscuo mistum. torreo tostum. censeo censum.
Et careo cassum. cariturum. strideo stridi.
Di. sum. dant video. cum prandeo sedeo sessum.
Mordeo. cum pendeo. tondeo. spondeo geminabunt:
Si. Sum, rideo. suadeo. hæreo. ardeo. maneo.
(Quod per E, In, Præ, Pro, minui facit. absq; supino)
Mulceo. mulgeo. tergeo. iubeo iussi iussum.
Torqueo dat tortum, Indulgeo indultum habebit.
Urgeo. fulgeo. turgeo. algeo. absq; supinis:

Xi, luceo, lugeo, frigeo tantum augeo Xi, etum.

Eui, etum. pleo, vico, deleo, et fleo, neo.

Queq; Vleo gignit: sed adoleo mittit adultum.

Cieo, cuii citum: cuius composita quarta.

Veo, vi, Tum. Fauco fautum. Caueo cantum.

Flauco, cum pauco, liueoq; priuabo supinis.

Audco ausus. soleo solitus, gaudeoq; gauisus.

Tertia Coniugatio,

Composita à Specio, Lacioq; Exi, Ectum habebunt.

Elicio elicui elicium: rapio rapui raptum.

Meio minxi mictum. tacio, facio eci: actum.

Capio cepi captum, coepi coeptum, coepio non est.

A Quatio cussi, cussum, fodio fodi fossum.

Pario pepererit partum: cupio cupiui cupitum.

Fugio fugi fugitum. sapio sapui iunge sapiui.

Verba per uo, diuisas ui, et utum habebunt,

Sed ruo itum habet: utum tamen compositiua.

Fluo fluxi fluxum, atq; struo struxi structum.

A Gruo, et Nuo: et metuo, et batuo, absq; supinis.

Bibo bibi bibitum: vult nubo, scriboq; psi, ptum.

Dico, duco, xi, etum. Vinco et ico, ici, ictum.

Parco, pepercit parsi parsum quoq; mitte supino.

Sco, in Vi, Tum veritas: ut nosco, quiesco, suesco.

Agnosco, et cognosco itum: pasco quoq; pastum.

Compesco, dispesco iiii, disco didici, posco poposci.

Do, Di, Sum. n. scindo. fundo. findoq; linquent.

Sed geminant pendo, tendo, et tutudi tundo.

Pedo pepedi, carens, cado cecidi, cedo cecidi.

Dat pando passum pansum: dat frendoq; fressum.

- Si, Sum claudō, cedo cēsi, & diuidō, plaudo.
 Vado, ludo, lēdo, cum rado, rodoq; trudo,
 Gō, Xi, & tum. Sed fingo, stringo, pingoq; pango
 Deme supino. n. & pepigi dic quoq; pago.
 Figo & frigo xum, pungo punxi pupugi punctum.
 Tango tetigi tactum, frango & ago, egi, actum.
 Legō legi lectam. dego, prodigo, egi nec ultra.
 Exi, ectum intelligo, diligo, negligo formant.
 Si, Sum dant mergo, cum spargo, iungito tergo.
 Veho vexi vectum, traho traxi tractum habebit.
 Lo. Lui. Litum, colo, consulo, oculo ultum.
 Praecello, exocello, antecelloq; carento supinis.
 Pello pepuli pulsum. percello perculi, perculsum.
 Fallo fefelli falsum, vello velli vulsiq; vulsum.
 Sustuli sublatum tollo, fallo falli falsum.
 Mo. ūi. itum: comā, demo, sumo, prōmo si, tum.
 Emo emi emi tum, atq; premo pressi pressum.
 Cano cecini cantum. Cinui centum compositiua.
 Cerno creui cretum, atq; sperno spreui spretum.
 Temno temsi temptum, ac sterno strauī stratum.
 Lino leui litum, raro lini. dat quoque liui.
 Pono posui positū. gigno genui genitum, sino siui sitū.
 Pō. Psi, Ptum, Rumpo rupi ruptum, strepo strepui.
 Coquo coxi coctum, & linquo liqui relictum.
 Verro verri versum, & cursum curro cucurri.
 Gero gessi gestum: fero tuli latum: Vro vsi vstum.
 Scro seui satum: nata cui, itum & crui, ertum.
 Tero triui tritum, & quero quaesui quaesitum.
 Siui, aut si, itum, arcesso, incesso, facecco, capecco.

Pinsuit à pinso, pistusq; & pinsita, pinsa.

CT O. xi. xum. necro quoq; xui. Peto. inlatum.

Mitto nisi missum. sed meto messui messum.

Verto verti versum. sterto stertui absq; supino.

Sisto stiti statum. Soluo, voluo, in vi, & in vtum.

Viuo vixi victum. Sed texo textui textum.

Quarta Coniugatio.

IV I. Itum, quarta. sepelio, singultioq; vltum.

Xi, ctum vincio, amicio, sancio, quod & iui itum.

Aperio, operio, iui, ertū. sed Eri comperio, reperio.

Si. Tum, farcio, fulcio, sarcio, sepio, haurio haustum.

Sentio dat sensum, salio salui, salij saltum.

Venio veni ventum: Veneo veniui, die quoq; venij.

De finitis in O R.

Ex Or finitis actiuam fingito vocem:

Vt letor, leto letatum: hinc excipe pauca.

Commentus comminiscor, loquor & sequor utus.

Et labor lapsus, queror questus, utor & vsus.

Passus dat patior, adipiscor poscit adeptus.

Mortuus à morior, nascor natum, ortus oriri.

Dat fateor fassus, ratus à reor, ordior orsus.

Experior, misereri ertus: pactusq; paciscor.

Atq; fruor fruitus, mensus, gressusq; profectus.

Vltus, & experrectus, nactus, nixus, oblitus.

Carentia praeteritis & supinis.

Queso, auco, serio, furit, aio, polleo, glisco.

Ambigoq; & vergo, caluo, cum, moerco, viso.

Connuet, psallo, sideo, lambo, scabo, glubo.

In Sco inceptiuum, conquinisco, hisco, satisco.

Et ringor, vescor, liquor, medeor, reminiscor.

15

DE QVANTITATE SYLLABARVM.

*Simplicis obseruant composita creataq; normam,
Multa tamen legem violarunt, quæ dabit vsus.
Compositi pars prima breuis, cum I. desinit, aut O.
Deme dies medius, tibicen, vbique, & ibidem:*

De Positione.

*Vocalem curtam duplex tibi consona tardat.
Post curtam muta & liquida anceps carmen habebunt.*

De Diphthongo.

Diphthongum produc in Græcis atq; Latinis.

De vocali ante vocalem.

*Est breuis ante aliam Latijs. E, ducito quintæ,
Deme fides, res, spes, Fio cum R. breuiabit.
I V S anceps patrius: breuis alter, profer alius.*

De Præteritis & Supinis Dissyllabis.

*Præteritum produc dissyllabon atque supinum.
Sed fudit à findo, & scidit, & bibit, & tulit arctant.
Doq; dedi atq; datû, stetit & status. adde quitum. citi.
Et ratus, & rutilus, & situs, & satum, itumq; litumq;
Corripiunt semper primam geminantia verba.*

De Præpositione in compositione.

*Longa E, de, se, di. breuiant dirimo, atq; disertus.
Re, breuis. hanc tendit (ceu reffert) consona duplex:
A, Pro. longatibi. Græcis curta. Et Procul arctat,
Et profugus, profugitq; propago, profectio, proterius,
Et propero, atq; nepos: fundus, festus quoq; sanum.*

Et

Et profiteri, profor, proficiscor, iunge procella.
Propello variat, propino, profundo, procuro.

De incremento nominis.

Casum, qui rectum transcendit, crescere dicas:

A, breue: iunge caput, iunge O, cum mittit in Inis.

E L. O L. producunt. A L, neutrum, cetera curtant.

Duc N, præter Inis Latium. Ex On, consule Græcos.

Mascula in A R, breuiat, iubar, & par, nectare, baccar:

Curtū er, ir, ur, duc ver, iber, et fur. Græca quoq; in Ter;

Or tendit: deme hinc neutrū. & Græcū, & memor ar-
bor

Atis, ab A S, produc & vasis, anas breuiabit.

E S, tibi curtabit, tendunt locuplesq; quiesq;.

Atq; heres, merces, & Græcum quod facit Etis.

I S, breuiat: produc glis gliris, quodq; dat Itis.

O S, longum facies, breuiant bos, compos, & impos.

V S, retinens V longum est: intercus, pecus, aufer.

S, sine vocali curtat. Sed demito plebs, seps.

Et Græca, vt hydrops, gryps, Cercops, adde cyclopa.

X. cum Gis mittit (nisi rex, lex, frux) breuiatur.

A X, longum: vt, audax, fax deme, & consule Graios.

E X, retinens E, longum est: sed nex, cum prece curtat.

I X. O X. V X. tendunt, fornix & Eryx breuiantur.

coxendix, histrix, filicisq; calixq; Cilixq;

Nix, pix atq; larix, natrix, & onyx, varicisq;

Nuxq; salix, præcox, trux, crux, dux, cappadocisq;.

De incremento plurali.

Pluralis rectus cum vincitur: I. breuia, atq; V.

A. E. O. tendunt: vt regibus, & dominorum.

De incremento verborum.

Vltima vocalis, quam dat persona secunda.

Primi presentis, prima est crescentia verbi.

A, longum est. Do, da breuiat, compositaq; prima.

E, longum est. Ram. Rim. Ro: cum Beris & Bere curtat.

Et legor, & legerem in primis: legere imperat, in fin.

I, breue: ut erimus, eritis, perfectaq; prima.

I, longum ante V. mox quarta incrementa priora.

Anceps sit Rimus Ritis, duc nolo, velim, sim.

O, crescens semper producitur: V. breuiatur.

De Accentu.

Accentum in se ipsa monosyllaba dictio ponit.

Exacuit sedem dissyllabon omne priorem.

Ex tribus extollit primam penultima curta.

Extollit seipsam quando est penultima longa.

De figuris in carmine.

Vocalem perimit verbi synalapha prioris.

M, perit ecthlipsi, cum vocali praeunte,

Syneresis binas iungit: cui, deerit, & iisdem.

Syllaba (ut aulai) diuisa, dieresis esto.

De vltimis syllabis.

V. N. C. I. A. & A. S. E. S. O. S. produciunt: O, variabis.

Exceptiones.

Curtat A per casus, hinc tamen excipe sextum.

Et quintum, cuius rectus producitur: & mna.

Et breuiabis ita, eia, quia: at tibi Ginta, sit anceps.

E, Graecum: & quinta (ut re, quare postridie) duc.

Adde fame longis, valde, fermeq; fereq;.

longe secunda aduerbia (sed male cum bene demtis)

C

Longa

Longa Doce: & similes (uide, cum uale, caue anceps)
Me, te, se produc, e, de, oke, neq; uetantis.

I, Græca in tertio & quinto breuia, addito moly.

Sed uariant nisi, ubi, quasi, ibi, mihi, cum tibi, sibi.

O, Mariat uelut orando: ast aduerbia curtant.

Tertius & sextus, monosyllaba, Græcaq; tendunt.

Nec, donec, breuiant: fac & hic nomen uariabis.

Sal, Sol, nil, produc: breuiabis cætera cuncta.

En, dat Inis curtum, uelut O N non terne, ut, Abydon.

Forfitan, & forsan: tamen, attamen, an quoq; , in adde'

Et Græca in quarto quando breuis ultima recti est.

A R, monosyllaba tendunt. Et Eris addito Græcum.

Ver, fur, cur, & Iber: Sed uir, ser, Celtiber anceps.

Græca A S, adis breuiant: A S, & E S pluralia Græca.

E S, breuiter crescens: tendunt paries, abies, pes,

Cum turba, atq; Ceres, aries, breuiant penes, atque es.

Vis uerbum, aut nomen, pluralesq; I S trahe casus.

Et Latium aut Græcum quod porrigit incrementum.

Et uerba I S, quoties Itis plurale reponet.

O S, breuiat Græcis: & os ofsis, compos, & impos.

V S, crescens retinens V, longum est, Græcaq; cuncta.

Et quartæ casus, rectum deme. duc & I E S V S.

De inciso in vltimis.

Græco sæpe modo quæuis casura fit anceps.

Liminaq; laurusq; Dei, totusq; moueri.

Omnia uincit Amor, & nos cedamus Amori.

Ostentans artem pariter, arcumq; fodantem.

Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

Et furij agitat us Amor, & conscia uirtus.

19

DE CONSTRUCTIONE.

Constructio, (quæ Græce Syntaxis dicitur) est debita partium orationis inter se compositio.

Diuiditur in concordiam, & rectionem.

Concordia triplex est, substantiui & adiectiui: nominis & verbi personalis. Relatiui, & antecedentis.

Substantiuum & adiectiuum genere, numero, & casu consentiunt: vt mali corui malum ouum. Sapissimè de sideratur substantiuum: ut non posteriores feram: triste lupus stabulis: dicenda tacendaq; calles: sæpe plura adiectiua vni adduntur substantiuo, vt superioribus proximis diebus: carissimus tuus paruus filius.

Nominatiuus in numero tantum cum verbo personali conuenit, sed omnis nominatiuus est tertiæ personæ verbalis, præter ego, quod est primæ, & tu secunde, vt, Deus est, illi sedent, virtus laudatur, en Priamus, ecce homo, scilicet, adest vel venit.

Relatiuum est signum rei antecedentis, vt qui, hic, is, ille, ipse. Relatiuum semper collocatur inter duos casus nominis vnius, quorum antecedentem refert in genere & numero tantum, cum altero conuenit vt adiectiuum: vt vidi hominem, qui homo sedebat. Sed Ellipsis alterius casus hic frequentissima est: vt, odi sapientem, qui sibi non sapit: quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Syntaxis est, quisq; se exerceat in hac arte, quam artem norit: huius generis sunt parentheses illæ (quæ tua est humanitas) (quæ vestra libido est.)

Si relatiuum, vel verbum, vel participium inter duo nomina propria, vel appellatiua posteriori respondeat, Græcum est, vt est stella, qui Mars dicitur: hæc vrbs vocantur Athenæ: ludi fuerunt Megalesia appellata.

Tantus, quantus, talis, qualis, tot, quot, non sunt relatiua, sed quodlibet suis verbis adaptatur, vt vidi caseum tantum, quanta est rota.

De sui & suus.

Dvo ex relatiuis propriè reciproca sunt, sui & suus: quibus tantummodo vtetur, cum verbi suppositum prius aut principalius referimus: vt Ariouisto Cæsar dixit non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse. Sed si nulla potest contingere ambiguitas, hoc præcepto non astringimur, nunquam autem continget, vbi est prima vel secunda persona, vt cepi columbam in nido suo, vel eius, vel ipsius. Nec etiam in his, & similibus, Regis est gubernare suos: natura admonet homines suæ sortis. Hoc nomen Quisque, trahit ad se reciprocum, vt iustitia tribuit suum cuique: cum hac præpositione, Inter, dicimus, contendunt docti inter se: & contentio est doctorum inter se, vel inter ipsos.

De rectione casuum.

Genitiuus possessorem semper significat, idque actiue aut passiue. Semper à nomine regitur, vt, lectio librorum Ciceronis. Sed nomen vnde regitur, sæpissime subicitur, quod ignorantes Grammatici docuerunt verba posse regere genitiuum, vt accuso te furti, magni emisti, regis est gubernare, deest crimine, precio, officium. Dicimus item venit in mentem illius diei: Castra aberat bidui

cum in animo haberem nauigandi, supple recordatio,
 iter, propositum. Quinque sunt verba quæ genitiuum re-
 gere videntur, miseret, tædet, pudet, piget, pœnitet: sed
 genitiuus à nomine, quod in his verbis intelligitur, de-
 pendet, est enim (teste Prisciano) miseret me tui, misera-
 tio tenet me tui: & pœnitet me peccati, pœna peccati me
 tenet. Illa vero Græca omnino sunt, desine querelarum,
 abstine irarum, implere ollam denariorum, reges medici,
 eo ad Mineruæ: Græco item more in genitiuis locorum
 deest locus. vrbs. vel oppidum, vt natus Romæ, Egy-
 pti educatus: domi manet, humi sedet. Item domi belliq;
 clarus, supple, tempore, sed si addas adiectiuum geni-
 uo locus non erit: vt natus in magna Romæ, cubat in du-
 ra humo. Dicimus tamen, domi meæ. tuæ. suæ. nostræ. ve-
 stræ. alienæ. ¶ Aliquando genitiui duo ab eodem nomine
 pendent: vt magna est hominum querela tuæ superbiæ,
 sed frequentius alterum genitiuorum in possessiuum
 mutamus, vt nocturna lectio librorum, in Cicronis
 Tusculana villa. mea præceptoris officia, vestra multo-
 rum diligentia. meum prædium Prisciani, contra Val-
 lam, nam meus. tuus. suus. nihil differunt à cæteris pos-
 sessiuis.

Datiuus semper acquisitionem significat, seu vltimum
 finem, quare cuius orationi apte iungitur: vt, Aristoteli
 spongiæ sentiunt, vtilis capiti, amicus mihi, petitur tibi
 argentum, mihi ita videtur, non cernitur vlli. cede vel
 decede maiori, væ victis, tibi expedit. mihi non conuenit.
 ¶ Duplex etiam datiuus reperitur, vt sum tibi dicto au-
 diens, de legi mihi locum domicilio, reliquit mihi pigno-

ri vestem, datur tibi hoc uitio, tu tibi id laudi ducis, habes me tibi despectui, despiciatui, frustratui.

Accusatiuus aut est infiniti suppositum, aut actiuorū appositum, aliter semper à præpositione pendet. Nam in tempore & mensura, & locorum priorum nominibus deest præpositio, ut vixit annos centum, uel per annos centum, natus ante annos centum, pendet aries libras triginta, latus vel longus vlnas duas, eo Romam: tendit Italiam, sic Rus & domum. ¶ Duos eiusdem rei accusatiuos multa verba recipiunt. Duos diuersæ rei accusatiuos nullum verbum admittit, vt mox dicitur.

Vocatiuus nullius est personæ verbalis, sed rem designat, cum qua sermonem communicamus: ideo non regitur, est. n. veluti extra contextum orationis.

Ablatiuus à præpositione pendet, sed eleganter illa multis modis subicitur, nam in cōparatione (vt, doctior Cicerone) deest Præ. In instrumento, vel modo, Cum: vt Saxo percussit, egit insidijs. In precio, Pro. ut, magno emisti, in tempore De vel In. vt, hora prima, tribus annis. In ablatiuo quem falso absolutum vocāt, si sit persona, deest Sub. vt Philippo rege, me præceptore, si uero aliarum rerū deest A, vel In. vt, lectis tuis literis cœnauimus, legēdis carminibus fies poeta. Huic aduerbio. V N D E, respōdet, A vel Ab. vt palleo metu: uacuuus curis: præditus uirtute. Sed in frequentiori usu hæc solent amittere præpositionem.

Prosequor, impertit, caret, affice, dignor, egetq;
Victito, utor, uescor, fungor, potior, fruor, alget.
Implendi, ornandi, spoliandi, iudicijq;.

De Nominibus adiectiuis, comparatiuis, & superlatiuis.

Adiectiua nomina (participijs exceptis) nullum casum regunt, nam quando dicimus: Romanorum primi: Romanorum doctissimi: deest ex numero. Illa uero plenus rimarum: lassus uiarum: integer uitæ: scelevis purus: cupidus honoris græca sunt, in quibus deest græca prepositio **EX**: que apud illos genitiuū regit, dignus honore: uacuus curis: uiduus pharetra: frumētō copiosus supple **AB**.

In comparatiuorum ablatiuis deest **PRÆ**: ut sanctior Catone. quo in loco particula, **QVAM**, nominatiuum, uel accusatiuū tantum iusta uerbi naturam postulat.

In superlatiuis genitiuus ille partitionis est, non comparationis: ut Romanorum primi, Græcorum doctissimus. i. ex numero græcorum maxime doctus.

De constructione uerbi.

Diximus constructionem diuidi in concordiam & rectionem. Si concordiam spectes, omnia uerba sunt personalia aut impersonalia, ut ego lego, me legere. Si uero rectionē, actiua, aut passiua.

De Verbis personalibus.

Personale, seu finitum uerbum est, quod personas numeros, & tempora finit: ut amo, legissem. Personale uerbum semper & necessario habebit ante se nominatiuū, ut tu doces: nos percutimur: illi frigent: uos piscamini, abite: ades: adū. Aliquādo infinitū, uel alia oratio, uerbi suppositū est, ut fugere uitiū est uirtus, queritur quis primus naues inuenit: Tribus autē modis suppositū solet intelligi: primo, in primis & secundis uerborū personis: ut, legis, uiuimus secū

do, in verbis ad famam pertinentibus: ut, aiunt, serūt, prae dicant. tertio, cum in verbo latet suppositum eiusdē rei: ut, pluit, aucescit. s. pluuia, lux. quibus adde quinque illa verba (quae falso dicuntur impersonalia) miseret, tædet, pudet, piget, pœnitet. s. misericordia, tædium, pudor, pigritia, pœna, ut diximus.

Multi recti singulares per syllepsim figuram plurale verbum exoptant dignioris personæ: ut, si tu & Tullia valetis, ego & Cicero valemus.

De verbis actiuis.

Actiuum verbum est, quod actionem significat, ut uiuo, amplector, memini. Semper & necessario transit in accusatiuum: ut amo literas: sic delectat, iuuat, decet, oportet, refert, ut, hoc refert mea negotia. i. representat. Sepe pro accusatiuo infinitum, vel, alia oratio, ponitur, ut, nolo tuum velle: dico tibi ne temere facias.

Verba actiua duplicia sunt, quedam. n. transeunt in varios accusatiuos, ut amo, lego, percutio: alia (quae falso neutra dicuntur) vni tantum accusatiuo cognatæ significationis adherent: ut uiuo, seruiō. Hic autem accusatiuus cognatus, ut Pleonasmus effugiamus, rectius subricetur: ut, filius tuus dormit, currit, gratulatur, iocatur, gaudet s. somnum, cursum, gratulationem, iocum, gaudium, sic egeo, indigeo, vapulo, nascor, orior. Qui tamen accusatiuus necessario apponitur, si addendum sit adiectiuum: ut, duram seruis seruitutem: hilarem uitam uiuis: cantilenam eandem canis: consimilem luserat ille ludum: iudica-

nit iudicium inclytum: Endymionis somnum dormis. Aliquando proprius accusatiuus transit in metaphoricum: vt. Corydon ardebat Alexin: nubes pluant iustum: terra germinet saluatorem.

Accusatiui me, te, se, ferè non apponuntur quoties suppositum & appositum idem sunt. vt illa iam lauit, nupsit regi: nox præcipitat, emerfit ex malis: bene res verat: voluentibus annis. deest se, vel etiam accusatiuus cognatus. Credo tibi: indulgeo tibi. s. me.

Multa verba per cumulum geminant eiusdem rei accusatiuum: vt, Deum vocamus patrem: præsta te virum: facimus te arbitrum: dedit agrum dotem: & similia.

¶ Duos vero diuerse rei accusatiuos nullum verbum regit. Nam in illis, vndecim (Admoneo, moneo, rogo, flagito, posco, reposco, edoceo, doceo, trudio, atque interrogo, cælo) Græco more deest ΚΑΤΑ, id est, circa, iuxta, vel secundum. Tales vero accusatiuos nullum verbum respuet: vt. Quid me accusas? Quid me horres? Nihil me timeas. Plurimum te amo. Multa me incusas. Multa gemens ignominia. Nunc id operã do. Insuevit pater hoc me.

Dicimus spargo, vel, sterno solum herbis, & herbas solo: defendo vel prohibeo æstum capellis vel à capellis: & capellas ab æstu: dono te corona, & tibi coronam. celo vel docco te hoc, & te de hoc, & celo tibi hoc, posco te veniam & à te: sic omnia verba poscendi, inuideo te multa & tibi multa: hoc decet te. l. tibi: præsto præstolor, antecedo, antesto te, vel tibi: deficiunt & latent me pecunia, & mihi pecunie: eripio tibi & à te pecunias: impero te bono, & tibi bonum.

De verbis passiuis.

Passiuum verbum est quod passionē significat: ut videtur, curritur. Passiuum verbum nihil præter suppositum desiderat: ut uirtus laudatur, tua res agitur: Accusatiuus actiuorum hic semper erit suppositum, nec unquam aliter. Sed si supprimitur in actiua, etiam in passiuua subicitur, ut curritur, uisitur, egetur. Si duo sunt eiusdem rei accusatiui ambo mutantur, ut uoco te poetā, tu uocaris poeta. Video te tristem, tu uideris tristis. Si uero sunt diuersæ rei accusatiui, ille tantum mutatur qui non dependet à præpositione, ut doceo te artes, tu doceris artes, moneo te iusta, tu moneris iusta: moneo tibi iusta, iusta monentur tibi. Nam falso quidam docent datiuum in nominatiuum posse uerti.

De verbo substantiuo.

Sum, es, fui (cui fio vel suo adnumerantur) nec actiuū nec passiuum est, sed utriusq; radix & fundamentū, habet utrinq; nominatiuam, ut Deus est charitas: fili esto sobrius: esto tu Caesar amicus. Dicimus patris est. l. patrium est castigare: regis est uel regium est gubernare: & subintelligimus officium, munus, negotium, siue consiliū. Non tamen dicimus mei est, sed meum est, quia genitiui Mei, tui, sui, nostri, uestri, primitiuorum in hac parte locum non habent, ne pariant ambiguitatem.

Quod si accedat præpositio **I**NTER, dicimus patris interest castigare, & regis interest gubernare, & subintelligimus accusatiuum pluralem, negotia, officia, siue cōfilia. nec tunc illis quinque genitiuis utimur, sed accusatiuis mea, tua, sua, nostra, uestra, cuius uel cuius, ut non mea
sed

sed regis interest gubernare. id est, gubernare non est inter mea, sed inter officia regis.

Sæpe uni aut duobus datiuus acquisitionis adheret: ut sunt mihi amici, tacendum est tibi: docenda mihi causa est: hoc erit tibi lucro, honori, curæ. Cum nomine Opus dicimus: opus est mihi libris, & libri sunt mihi opus: & opus est factu & facere.

De verbis impersonalibus.

Impersonale, seu infinitum verbum est, quod neque numeros, neque personas, neque tempora finit, & determinat: ut amare, legisse. Et est duplex: Perpetuum, & Participiale. Perpetuum est, ut amare, amauisse, amari. Participiale, ut amandi, amando, amatum.

Impersonale verbum semper antecedit accusatiuus, sæpius subintellectus: ut uolo legere libros, uolo libros legi. A nulla parte determinatur, ut putant Grammatici. Semper enim pro nomine capitur: ut, uirtus est uitium fugere. i. fuga uitiorum. Tempus est abire. i. abitionis. Et cantare pares, & respondere parati. i. cantui & responsioni, uel ad cantandum, & respondendum. Non tanti empoenitere. i. poenitentiam. Dignus amari. i. amore.

Si post uerbum impersonale nomen sequatur ad suppositum pertinens, erit accusatiuus: ut malo dici diuitem, quàm auarum haberi. Præceptoris interest esse probum. Non expedit tibi fieri iudicem. Vtor amico cupiente uocari iustum. Sed hic frequentissimè Græcos inuítamar: ut cupio dici doctus: vis haberi probus. Illa uero, Non uacat mihi esse quieto: licet esse beatis, Latinos canones excedunt, ut in Hellenismo dicitur.

De verbis participialibus Gerundis
& Supino.

A Mandi, amando, quum accusatiuum habent gerunda verba dicuntur, eo quod à passiuo participio in Dus gerantur & gubernentur.

Olim à participio in Dus quatuor voces gerebantur quæ regerent accusatiuum: vt petendum est causas, petendi causas, ad petendum causas, petendo causas. nunc vero vocibus in Di & Do dabis accusatiuum. Nam habendum est canes. & ad legendum libros, nimis antiqua sunt. Ceterum uoces in di, do, dum, si accusatiuum non habeant, passiuè significant, sunt enim participia passiuæ in neutrali terminatione: In quibus deest substantiuum aliquod, aut nomen uerbi, quod est infinitum. vt legendum est. s. legere. nam quemadmodum (teste Prisciano) bona est lectio, & bonum est legere, non differunt, sic tempus est legende lectionis, & tempus est legendi, idem sunt. Aliquando tota oratio pro substantiuo est: ut creditum est, vel credendum est Ciceronem fuisse poëtam.

Si vero commode substantiuum non suppleri possit, dicas esse nomina, nam participia sæpe transeunt in nomina: vt, tempus est legendi librorum, id est lectionis librorum. missus est Athenas erudiendi gratia: id est, eruditionis: virgo maruuit nubendo, id est, nuptui, vel nubendo vultui: pomum non est vescendo, id est, esui: Iugurtha vocatur ad imperandum. id est, ad imperium vel obedientiam: cantando rumpitur anquis, id est, cantu, vel cantando curmine: vritq; videndo foemina, i. visu tauri.

Amatum, verbum supinum dicitur, quod supine. i. negligenter

glijenter agat, ac pene otiosum ac superuacuum sit. semper iungitur uerbis motum ad locum significantibus: ut cur te is perditum? latebras que situm venisti, admitte me spectatum.

Verbum iri, in passiuâ tantum huic supino coniunctum uon significat motum, sed idem quod passiuum infinitum, cuius est supinum: ut credo librum, uel carmina lectum iri, id est, legi.

De participijs.

Participia suorum uerborum casum admittant. iunguntur alijs uerbis: sed præcipue substantiuo per omnia tempora: & cuius temporis uerbum fuerit, eiusdem ferè & participium erit: ut excita dormientem, excitauit dormientem, excitabo dormientem dicturus fui, dicturus ero, iussus feci, iussus faciam: abstinui à causis agendis, abstinebis à causis agendis.

Primum participium passiuum significat passionem: præter pausa, que ab actiuis in OR descendunt, ut amplexus hominem, pertæsus ignauiam: quadam actionem, & passionem, sed diuersa syntaxi: ut comitatus illum, & comitatus ab illo. Pransus, coenatus, potus nomina sunt.

Participium in, dus, perpetuò passionem significat: ut plectendus, pœnitendus, ueniendum est, dicendi, cantando, ad orandum. Frustra querit Valla quando admittat aut respuat præpositionem: nam sequitur suum substantiuum, ut, accepi puerum docendum, & accepi ob puerum docendum pecunias: currit iterandam uiam, & currit ob præmia obtinenda.

De participialibus.

Participia casu verbi destituta, aut etiam significatione, dicentur nomina participialia: ut, amans uxoris, legendi librorum. Tribus modis participia fiunt nomina, constructione, ut, doctus iuris, iuris peritus, alieni appetens, amans uxoris: comparatione, ut, doctior, amantior, compositione, ut indoctus, indiligens.

Sunt quaedam nomina quæ participia videntur: ut, populabundus agros. vitabundus castra hostium. item illa ocreatus, laureatus, tunicatus, sed hæc à nomine non à uerbis ducuntur. & illa antiqua, quid tibi hanc tactio est? quid tibi hanc rem curatio est. fortè deest Kata.

De præpositione.

Præpositio ante verbum non semper intrat compositionem, sed fertur in casum ulteriorem: ut, Hercules interfuit homines, & homines interest societas. Cicero. Quæ si quos interest societas aut est, aut fuit, aut futura est: Seneca: Nihil interest, hos, & illa. Horat. uilla quæ superest Claudi cauponas. idem, ne quid medios intercinat actus. idem, cum sol Oceano subest. Cicer. hic tibi Cato rostra aduolat. Tacitus, aduoluitur genua illius. Horat. utinam intererrem nuda leones. Idem. desine interludere uirgines. Cæsar, exercitum Rhenum traducere. Liuius hæ ficulorum querelæ domos primum nobilium circumlata. sic interfluere urbem, mœnia, exercitiū, apud Curtiū: sic mea interest, uestra interfuit, pro est inter mea, scilicet negotia & hæc ad Anastrophen sunt referenda.

Præpositionum quaedam semper accusatiuo hærent, ut ad, apud. &c. quaedam semper ablatiui, ut diximus. hæ

vero

vero sunt dubia: in, sub, super, subter, & clam.

In, significans motum, seu transitum, accusatiuum regit: ut via ducit in urbem, hanc mihi in manum dat, & cum actio differtur, ut, in diem istuc erit, presens in tempus omittat, & cum capitur pro contra vel erga, ut ingratus in preceptorem, in parentem pius: cum significat aliquid in loco fieri regit ablatiuium, ego in portu nauigo.

Sub, si motum significat accusatiuum amat: ut sub terras ibit imago, sub galli cantum, sub eas literas recitatae sunt tue. sine motu frequentius ablatiuium: ut sub pedibus, sub iudice. Dicimus sub idem tempus, & sub ipsa die. Aliquando subintelligitur: ut Cesare duce, Platone magistro: id est, sub Cesare, sub Platone.

Super, pro de, ablatiuium poscit: ut multa super Priamo rogans, super Hectore multa. Cicer. sed super hac re nimis. in reliquis fere accusatiuum, fama super aethera notus. Dicimus super fronde & super arbore, si quietem significamus: super arborem si motum.

Subter poetice tantum reperitur cum ablatino. ut subter densa testudine.

Clam, ut clam uxorem apud Plautum, clanculum patres apud Terentium. Ceterum ablatiuo magis gaudet.

De Aduerbio.

Aduerbia nullum omnino casum regunt, nisi pro nomine capiantur: ut crurum tenus, abunde glorie. ubiq; gentium, satis testium, pridie eius diei, postridie ludorum. in reliquis est ellipsis: ut o curas, hei mihi, en Priamus, ecce homo, heu me, vae victis.

Vbi,

Vbi, significat locum sine motu, cui respondent, hic, istic, illic, ibi, intus, foris, utrobiq̄, passim, nusquam, infra, subtus, necubi, ubiubi. Respondent etiam genitiui priorum locorum finiti in *E*, uel *I*, ut, Romæ, Toleti, Ægypti, Cypri, Siciliæ. Item domi, militiæ, belli, humi, in cæteris respondemus per ablatiuum expressa uel tacita præpositione: ut, rure est, in toga, in pace, Athenis, Carthagine, Elide, Ptolomaide.

Quò, significat motum ad locum: cui respondent huc, istuc, illuc, eo, illò, intrò, foras, quoquò, peregrè, obuiam. & accusatiui locorum expressa uel tacita præpositione. ut eo Romam uel in Romam, uenit Italiam, sic rus. & domum uel in domum, urbem, hortum, larem.

Quà, significat motum per locum, cui respondent, hac, istac, illac, quaqua, quacunq̄, quauis, quaqua, uersus. & ablatiui cuiusuis loci tacita præpositione: ut uagatur Italia, uebitur flumine, uel per flumen.

Vnde, id est à quo loco: cui respondent: hinc, istinc, illic, inde, eminus, coraminus, alicunde, necunde, foris, undecunq̄: uel ablatiui cuiusuis loci, expressa uel tacita præpositione: ut, cælo, de cælo, Roma, de Roma. Sed si ablatiuus sit personæ, non erit sine præpositione: ut unde emisti: à mercatoribus: unde est puer, à fratre.

Quorsum, ad locum & ad alia refertur, cui respondent, horsum, istorsum, sursum, deorsum, rursum, prorsum, dextorsum, leorsum, sinistrorsum, aliorsum, retrorsus, intorsus, quoquo uersus, uenum, pessum.

Quousque, locis & temporibus accommodatur, cui uel nomina reddi solent, uel aduerbia, ut Romam usque, huc usque.

usque, illuc usque, eò usque, hactenus.

De Coniunctione.

Coniunctionis officium est, sententias connectere: nõ similes casus aut verba, nam cum dicis, emi hoc tribus aureis, & pluris: deest, & pretio pluris.

Coniunctiones (si grammaticè consideres) semper cõ iungunt: vt Petrus, & Paulus, Petrus, aut Paulus. At vero si sensum, quedam sunt copulantes absolute aut ex cõ ditione: Et, q; nec, neq; ac, atq; quoq; etiam, item, itemq; cum, tum, si, sin, nisi. ¶ Disiungentes aut, uel, siue, seu, ue, an, utrum, nec. ¶ Aduersantes, at, sed, porro, tamen, tametsi, et si, licet, quanquam, quanuis, autem. ¶ Rationales illatiue, siue colligentes quando ratio præcedit, ergo, igitur, itaque, quare, quapropter, quocirca, proinde. ¶ Causales quando causa sequitur, nam, nanque, enim, enim uero, etenim, quia, quoniam, siquidem, propterea quod, quippe, utpote. ¶ Declaratiue vt, uti, ueluti, sicut, ceu, tanquam.

DE FIGVRIS

Constructionis.

Figura constructionis est anomalia siue inæqualitas partium, quæ fit per exsuperantiam, per defectum, per discordiam, per ordinem inuersum. In exsuperantia est Pleonasmus: in Endia seu defectu: Ellipsis & Zeugma: in Enallage seu discordia Syllepsis: in ordine perturbato, Hyperbaton. Sunt igitur quinque figure. Nam An

D tiptosis,

tiptosis, Prolepsis, Synthesis, Appositio, Euocatio, Synecdoche monstrosi partus sunt Grammaticorum.

De Pleonasmō.

Pleonasmos seu Parelcon fit, cum ad legitimam constructionem aliquid additur: ut ad esdum, quoad eius fieri possit. Iteradum eadem ista mihi. Aut quum comparatiuis additur aduerbiū Magis. ut apud Plautum, mollior magis: & amplius plus: & magis maiores nugas: & magis hoc certo certius: & magis amiciorē. Virg. in Cullice: Quis magis optato queat esse beator euo. Ouid. ad Pisonem: Quodq; magis dono fuerit pretiosius omni. Et in sacris: Magis pluris estis vos. Cicer. 3. finium: id apprimē rectissime dicitur. Horat. Græcorum longe doctissimus. Cesar. 2. ciuili: longè munitissima ciuitas. Columel. lib. 6. Apis si seuit maxime pessima est. Iulius Ruffianus Pleonasmum vocat, viuere vitam, pugnare pugnam, seruire seruitutem, nocere noxam, furere furorem.

De Ellipsi.

Ellipsis est defectus dictionis vel dictionum ad legitimam constructionē, ut paucis te volo. Nocturnas Athenas. Terent. Egone illam? que illum? que me? que non? ubi Donatus, Ellipsis est, & Aposiopesis; quasi dicat, si ad Grammaticam spectes, Ellipsis est, si vero ad Rethoricam, Aposiopesis, id est reticentia & abruptio sermonis. latissime patet Ellipsis ut postea dicemus.

De Zeugmate.

Zeugma, id est iugatio, vel connexio (quam Fabius synzeugmenon appellat) est in qua vnum ad verbum plures sententiæ referuntur, quarū vnaqueque desiderat

deiret illud, si sola poneretur: ut socijs & rege recepto. Utinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. Aquilæ volauerunt, hæc ab oriente, illa ab occidente. Hoc exemplum, & alia quæ subijciam, putarunt grammatici esse figure prolepsos, quia esset generis & speciei, sed inepte, & contra Quintilianum, qui semper putauit esse synzeugmenon, quoties vox posita in vna oratione, in ceteris desideratur, ut, Aquilarum alia volauit ab oriente, alia ab occidente: vel Aquilæ volauerunt, alia ab oriente alia ab occidente. Nec verum omnino est quod præcipiunt, in huiusmodi formis debere nos genitio partitionis semper uti, nam Cicero per nominatum locutus est dicens, Bestiæ aliæ in res, aliæ scemine. idē, Homines, posteaquæ reus factus est, alij redditi, alij etiam manere retinentur. Caesar. 3. Ciuili. Tabule testamenti, vne per legatos eius Romam erant allatæ, alteræ Alexandriæ, &c. Liuius Dec. 3. lib. 4. multitudo, pars procurrit in vias, pars, in ædium vestibulis stat, pars ex tectis fenestrisque prospiciunt. Hæc tamen more græco dicta censet Budeus in commentarijs. hæc de grammaticorum prolepsi. Iidem illæ inepte diuiserunt Zeugma in prozeugma, meszeugma, hypozeugma: nam semper quocumque modo ponatur verbum Zeugma erit. Iidem præcipiunt: verbum semper debere cum propinquiore conuenire: ut socijs & rege recepto. Ego vero assero contra Budeum & alios, rectissime scripsisse Lucanum: Leges & plebiscita coacta. Horat. O noctes coenæq; Deum, quibus ipse, meiq;. Ante lacrem proprium vescor. Liuius lib. 1. Ego populusque Romanus populis priscorum Latinorum bellum indico facioque.

Val. Max. lib. 9. cap. 2. Pedes eius præcisos, & caput, & manus in cistam chlamyde opertos pro munere natalitio matri misit. Plancus Ciceroni: Amor tuus, ac iudicium de me, utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie sit allaturus, non facile dixerim. Cicer. 2. nat. Quin etiam vites à caulibus brassicisq; si prope sati sint, ut à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere. Liuius libro. 5. Gens est cui natura corpora animosq; magis magna quam firma dederit. Iulius Obsequens de prodigijs: Cælum ac terra arde- re visum. Gellius libro. 8. Philippi vim, atque arma, toti Græciæ cauendam, metuendamq; Demosthenes orationes notificant. Salust. At ingenij egregia facinora, sicuti ani- ma, immortalia sunt.

Eleganter desideratur idem verbum, sed in alia signi- ficatione ut tu colis barbam: ille patrem: Nero sustulit matrem, ut: Aeneas patrem. Iustinus, Prouolutæ deinde genibus Alexandri, non mortem: sed ut Darij corpus se- peliant, dilationem mortis deprecantur. Idem, Egregius adolescens & cædem patris, & necem fratris, & se ab insidijs Artabani vindicauit. Ouid. Pariterq; ipsosq; nefasque sustulit. Sæpe plures orationes vno verbo claudi videntur, sed ad verum sensum aliud supplendum est. Virg. Sacra manu, victosq; Deos, paruumque nepotem Ipse trahit: verbum (trahit) non recte referas ad supe- riora, sed deest fert, vel portat. Idem; Disce puer virtu- tem ex me, verumq; laborem fortunam ex alijs: vbi Ser- uius, deest opta. Plaut. Mostell. Ille quidem haud negat. Th. Imo cæpol negat profecto: neque se has ædes vendi- disse.

disse. s. affirmat, vel iurat. *Cæsar. 3. Ciuil. Illi vero daturus se negare, nec portas consuli, &c. Horat. Sæpe velut qui currebat fugiens hostem, per sæpe velut qui Iunonis sacra ferret. s. incedebat.*

De Syllepsis.

Concordia vocum versatur in generibus, numeris, & casibus: at uero discordia casuum ferri non potest, sed in generibus & numeris tantum, quæ per syllepsin excusatur.

Syllepsis, idest conceptio fit, quoties generibus aut numeris videntur voces discrepare.

Syllepsis generis est, quum aliud genus proferimus, & aliud concipimus, *Virg. 7. Æneid. pars arduus altis puluerulentus equis furit. Liui. lib. 10. Capita coniurationis virgis cæsi. Idem, Latium Capuaq; agro multati. idem Samnitum cæsi duo millia trecenta: Florus, Duo milia electi qui mori iuberentur. Curtius: duo millia crucibus affixi. & in sacris; Duodecim millia signati; quod quidam inepte carpunt. In relatiuis quoque genus videtur discrepare. Terent. ubi illic scelus est, qui me perdidit? idem, Diij illum senium perdant, qui me hodie remoratus est, idem: Aliquid monstri alunt, ea quoniã nemini obtrudi potest. &c. Est & Syllepsis (vt quibusdam placet) cum nominibus epioenis aliud genus damus quam terminatio ipsæ præfinit, vt *Talpæ cæci, & timidi damæ, canis foeta, boves meas, elephantus grauida, noua miles & multa huiusmodi; sed ego ad Ellipsis refero, Vide fœmina.**

Syllepsis numeri est cum ex singulari plurale concipimus, aut contra: *Virg. Pars in frustra secant. Ouid.*

Pars volueres facta. Terent. Aperite aliquis. Salust. Cœpere se quisque magis extollere. Virgil. Alterum in alterius mactatos sanguine cernam. & in sacris, Alter alterius onera portate. Terent. Eunuchum dixi velle te, quia solæ his vtuntur regine. Boetius, nil infelicius homine, quos morsus muscarum necat. Est & syllepsis numeri, quum plura singularia feruntur in pluralem, suppositi dignitate seruata: vt ego & tu valemus; ego & vos sedemus: tu & pater iubetis.

Syllepsis per genera & numeros simul talis est, Salust. pars in carcerem acti; pars bestijs obiecti; Liuius, maxima pars ab equitibus in flumen acti: idem, Pars per vrbes dilapsi, idem: tunc enim verè omnis ætas currere obuij. Virg. 6. Hic manus ob patriam pugnando vulnere passi. idem. Pars mersi tenuere ratē. Scatius lib. 7. subcūt Tegeæa iuuentus Auxilio tardi.

Est & audacior quædam Syllepsis numeri, quū vnus tantum casus sexto comitatus fertur in pluralem: vt si dicas: Muta cum liquida ancipitem reddunt præcedentem vocalem. Ouid. Illa cum Lauso de Numitore sati: Idem meton. i. Littora cum plausu clamor superasque Deorū impleuere domos. Terent. Heaut. Syrus cum illo vestro confusurrant. Virg. 2. Anei. diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum. Curtius lib. 4. Pharnabazus cum Apollonide & Athenagora vinciti traduntur.

Quemadmodum in Syllepsi numerorum ad nomen primæ personæ recurrimus, deinde ad secundæ, quia digniora sunt, ita in Syllepsi generis ad masculinum (si inter alia fuerit) recurremus. Terent. Quam pridem pater.

pater mihi & mater mortui essent. Ouid. in fast. Mulciberi capti Marsque Venusque dolis: ibidem. Iane fac æternos pacem, pacisque ministros. Potest & hoc esse Zeugmatis: Virg. Cæsoſq; reportant Almonem puerū, fœdatique ora Galeſi. Plini. lib. 17. c. 11. Seriores ſupradictis Narciffus & lilium. Liui. lib. 7. Maced. Decem ingenii, decem virgines, patrimi omnes, matrimiq; ad id ſacrificium adhibiti. Cicer. 1. officiorum Propter ſummam & doctoris autoritatem, & vrbis, quorum alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis. Idem de ſenectute. Quod ſi hæc apparent in beſtijs, volucris, agreſtibus, natantibus, ſuibus, cicuribus, feris; primum ſe ut ipſi ſi diligant, &c. Virg. 4. Georg. Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ſerarum, Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.

Dicunt grammatici genus neutrum concipere cetera, dum non ſint vere masculina: ut virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Sed id falſo docetur, nec enim hic Syllepsiſ eſt, ſed Ellipſis, de eſt enim negotia, græce Pragma: ta: quaſi vero in proprijs masculinis id fieri non poſſit. Nam recte dicas: pater tibi & mater ſunt vilia præ lucro. Statius lib. 7. Iura fidem, ac Superos una calcata rapina. Solinus. polypus & Chameleon glabra ſunt. Ouid. Claſſe viriſq; potens, per quaſi fera bella geruntur. Cicer. 1. Tuſcul. Dic quaſo, num te illa terrent triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranſuectio Acherontis, mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus? Saluſt. præterea diuitiæ, decus, gloria, in oculis ſita ſunt. Cicer. 1. diui.

Annus salubris & pestilens contraria. s. negotia, idest, res contraria.

De Hyperbato & eius partibus.

Hyperbafis siue hyperbaton, est verbi transgressio & ordo perturbatus, præter grāmatices rationē.

Anastrophe est dictionum præposterus ordo, vt, mecum, tecum, secum, quibus de rebus, interest mea, adigere arbitrum: pro agere ad arbitrium.

Tmesis, idest sectio: quando composita vel coniuncta dictio diuiditur: vt, septemq; triones, maximo te orabat opere, Horat. Quo me cunque rapit tempeftas defecror hospes.

Parenthefis est sensus sermoni (antequam absoluatur) interiectus. Virg. Tityre (dum redeo) (breuis est via) pasce capellas.

Synchysis est ordo dictionum confusior: vt Quinquaginta ubi erant centum inde occidit Achilles. ordo est, ubi erant centum, inde occidit quinquaginta. Multus in hac figura est Horatius, vt in arte, Qui variare cupit rem prodigialiter vnā, Delphinum siluis appingit. i. Delphinū siluis appingit prodigialiter. Ibidē: Chorusq; turpiter obticuit sublato iure nocendi. ordo est. & chorus obticuit, sublato iure nocendi turpiter. Hæc ex Porphyriō: Idem Horatius: Et male laxus in pede calceus hæret. pro, male hæret. Idem, sæpe velut qui currebat fugiens hostē, idest currebat velut fugiens hostem. & Satyra. i. At hunc liberta securi diuisit medium fortissima Tyndaridarum. ordo, liberta fortissima diuisit hunc medium securi tindaridarum: quem locum ego nostris temporibus

poribus ex Sophoclis Electra primus animaduerti: & Saty 4. Ac velut ite Iudæi cogemus in hanc cōcederetur bam. i. cogemus te veluti Iudæi. s. cogunt.

Anacoluthon. i. inconsequens, proximè accedit ad Solæcismum, sed magis Rhetorum est. Terent. Eun. Cur ego in his te conspicio regionibus? Th. vobis fretus. Cicer. pro Mur. prætor interea, ne pulchrum se ac beatum putaret, atq; aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoq; carmen compositum est. Terent. Hecy. Nam omnes nos, quibus est alicunde aliquis obiectus labor, omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum est, lucro est. Donatus hic aliquid deesse affirmat: mihi, videtur deesse K A T A id est. circa.

De Hellenismo siue Antiptosi.

Hellenismum siue Græcam constructionem nomina mus, quoties auctores sic græcisant, ut latina norma defendi nequeant. Hellenismum in infinita genera ducit Linacer, nos tantum Antiptosim persequemur, quum hæc sola Latinos canones excedere videatur.

Antiptosi Grammaticorum nihil imperitius, quum doceant quemvis casum pro alio posse poni: ut venit in mentem illius diei: pro ille dies. Quod figmentum si esset verum, magna nos sollicitudine liberaret. Frustra enim quaeremus quem casum verba regerent.

Græci nō raro è duobus casibus (si se mutuò respiciāt) alterum tantum regunt, alterum illi adiungunt: ita ut alter ab altero trahatur: ut Peri lōgon hōn élexa. i. De verbis quibus dixi, pro quæ. Chrómæ hōis écho bibliois. i. vtor quibus habeo libris, pro quos.

Exodi cap. 2. *Epi tēs gēs agathēs, hēs Kyrios ho Theos sou didosi loi. i. In solo terra bone cuius Dominus dabit tibi. pro quam. Et Lucæ capit. 1. Kæ mnesthénæ diathéces agias autou órcon hón hómose prós Abraham. i. ut memor esset testamenti sui sancti, iusurandum quod iurauit ad Abraham, pro iuristurandi, quod. Lucæ capit. 21. Eipe: Tauta ha theoréite, eleufontæ himéræ én hæs ou aphe thésétæ lithos epi lithon. i. Dixit: Hæc quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem, pro ex his, vel horum. Demosthenes, Ec tón epi stolón, tón ekéinou mathesthæ hón éis Pelopónneson épempse. i. Ex epistolis eius cognosce- tis, quibus in Peloponnesum misit, pro quas. Lucæ ad Ci- ceronem lib. 5. epist. *Quum scribas, & aliquid agas eorū, quorum consueuisti, pro quæ. Plaut. Curc. Sed istum, quæ quæris, ego sum. Idem. Amph. Naucratem, quem c ueni re volui, in nauī non erat. Idem. Aulul. Pici diuitijs, qui au- reos montes colunt, ego solus supero: alij emendarunt Pi- cos. Ibid. Quisī pueri, qui nare discunt, scirpea inducitur ratis: quidam legunt pueris. Horat. i. Ser. Occurrunt ani- me, quales nec cādidiōres terra tulit. pro qualibus. Quod non intellexit Lambinus. idem epod. 5. Nardo perunctum, quale non perfectius meæ laborauerunt manus, pro quali. Hoc quoq; ignorauit Lambinus. Huius generis sunt illa: Non vacat mihi esse securo: Martial. Nobis non licet esse tam differtis, pro differtos.**

Trahitur etiam casus inter duo verba à non suo ver- bo. Terent. Adelph. illum, ut uiuat optant: pro optant ut

ille uiuat. Idem Phorm. Metuo lenonem, nequid suo suat capiti. pro Metuo ne leno suat, Idem Eunuch. Hanc metui, ne me criminaretur tibi. Ibid. Metuo fratrem ne intus fiet: pro frater; nam sequitur, Pater autem ne rure redierit.

Trahitur etiam per Hellenismum genus à genere: ut si dicas: vidi templum, quale est mons, pro qualis. Horat. Epod. 8. Sed incitat me pectus & mammae putres, equina quales uera. i. qualia: unde illa trita: Est stella qui Mars dicitur. Est locus in carcere quod Tullianum appellatur. Virg. Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat limes agro positus. Hæc enim Græca sunt.

Cupio esse clemens: Laboras uideri doctus: ita tritus est Hellenismus, ut Grammatici Latini regulam constituerint, quam non intelligunt. Regula uera est, ut semper post huiusmodi infinita sequatur accusatiuus; ut cupio dici doctum. ratio est, quia semper accusatiuus precedit expressus, aut subintellectus. Sed quia Græci non raro ante infinitum collocant nominatiuum, inde factum est, ut nominatiuus sequatur. Græce dicitur: Aiunt rex hoc fecisse: Dicunt tu esse diues. unde Latini dicunt. Vis uideri probus: Quasi integrum esset: Tu vis uideri tu esse probus. Hoc autem Græce dictum esse Budæus in Commentarijs, Muretus in Catullum, Lambinus in 2. Od. Horatij, adnotarunt. Sed nemo Græcam phrasin melius expressit quam Ouid. in Fast.

Seu genus Adraſti, seu furtis aptus Vlyſſes,

Seu pius Æneas eripuisse ferunt.

Sed nihil auidius arripuere Latini, quam Atticissimum

KATA
illum

illum ubi KATA subauditur: ut fractus membra: cetera Graius: albus dentes: panditur artus: purgor bilem: posco te pacem: doceo te artes: doceris artes: multa sese incusans: Latus vinas duas: absuit totum mensem: pendet libras centum. Horat. Quis magna coronari contemnat Olympia? Graeci dicunt Estepleta Olympia. Latini aliquando conantur exprimere hanc praepositionem: Nam ut Ovidius dixit: Hirsuta capillos, sic Virgilius inculice, Hirsuta per artus. Liuius dec. 4. lib. 9. Nihil enim in speciem fallacius est, quam praua religio. Ouid. 11. Met. Cetera sunt hominis partem damnatur in vnam. Graeci dicunt Ta cata meros, Latini, Partim. Aristotel. 1. Rhet. Esti de Tes rhetoricés eide tria ton arithmón. i. Sunt genera rhetorices tria numerum. i. numero. Porphyrius. cap. de Specie. Próton mèn eidos axious tyrannidos. Sic enim Graeca legi debet. i. Primum quidem formam dignos imperio. hoc est, secundum formam. Huc referri debent illa (teste Linacro) quae falso dicuntur aduerbia: Multum, plurimum, aliquantulum, nihil, id, aliquid, nonnihil, melius, peius, doctius. ut Plurimum te amo, sed vehementius te amarem, si istud etatis nihil quicquam perpetrases, quod te postea pigeret. Hic quinque deest KATA.

EK.

Praepositio EK quae genitiuum regit, ita passim desideratur apud Graecos, ut multi apud eos crediderint verba aliqua genitiuum regere. Dicunt enim, Imperti me diuitiarum: arripuit illum pedis: gustauit mellis: audiuit musicae. & multa huiusmodi. Sed quis est tam hebes qui non videat illa Horatiana excedere Grammaticos Latinos

nos canones? Abstine irarum calidæq; rixæ: Desine mollium lacrymarum: Agrestium regnavit populorum: Lasus maris, & viarum, militiæq;: Patiens pulveris atque solis: Integer vitæ, scelerisq; purus: Nec medici credis, nec curatoris egere. Sic illa trita, curarum plenus, impletur veteris Bacchi, securus amorum, vacuus laborum. de est E K i. de. Nullum enim nomen adiectivum, aut verbū Græce aut latine regit genitivum. Huc etiam illa referuntur: ubiq; gentium, nusquam locorum, huc viciniae, pridie & postridie ludorum.

De præceptis hæctenus.

ANNOTATIONES IN

partes quas minores vocant.

GRammatica est ars recte loquendi.) Hæc propria finitio est. Nā quum inter artes liberales tres priores sint de sermone, recte per sermonem sunt definiendæ: ut Grammatica sit ars loquendi: Rhetorica dicendi: Dialectica disputandi. Nec Grammatica est ars recte scribendi: nam id munus Orthographiæ est, quæ ante Grammaticam erat ediscenda. ¶ Cuius finis est congruens oratio.) Post definitionem apponenda erat divisio, sed quia nulla satis commoda Grammaticæ divisio nobis occurrebat, ex ipsius sine totum negotium ante oculos ponimus. Dividit Quintilianus Grammaticam in Historicen, & Methodicen, quæ divisio etiam si vera esset, nihil tamen docebat, quia Methodices partes, quas querimus,

rimus, nō explicabat. Commodius alij in quatuor partes diuiserunt, Orthographiam, Prosodiam, Analogiam, & Syntaxim: hoc est, in Literam, Syllabam, Dictionem, & Orationem. Sed nec huic diuisioni satis assentior: nam oratio finis Grammatices est, non igitur erit illius pars, & voces partes sunt orationis, non igitur Grammaticæ partes. Porro finis Grammatices est congruens siue congrua oratio: non ut alij ineptè somniant, emendata oratio. Nam emendate loqui peritissimū est munus, congruè vero loqui solius Grammatici: verbi causa: opus habeo huius rei: ego amo Deum: adhibeo tibi fidem: crimen lese maiestatis: homo bonus: congruentes sunt orationes, & Grammaticæ; sed non emendatæ nec latine. Vnde rectè Quintilianus docuit: aliud esse Latine, aliud Grammaticè loqui. ¶ Litera est).i. Litera est sonus, qui diuidi non potest: & est terminus totius diuisionis & meta. Nā oratio diuiditur in voces, voces in syllabas, syllabæ in literas: literæ autem non diuiduntur ulterius. ¶ Numerus est differen.) Voces omnes prima diuisione diuiduntur in habentes numerum, & carentes numero. Nam declinari aut nō declinari in obliquis non in rectis spectatur. Ex obliquis enim nominis & verbi oritur declinatio, & coniugatio. ¶ Casus est specialis.) Specialis differentia dicitur illa, quæ cuiq; parti propria, ac peculiaris est. Casus autem esse sex tantum & Græce & Latine satis explicat Minerua. ¶ Genus est diff.) Ex genere sustulimus omnia cōmunia duobus: quia quemadmodum natura, & re ipsa nulla sunt; ita nec nomine nec usu reperiuntur. Hoc latius explicat Minerua. vide etiā Ellipsin in voce

Homo.

Homo. Vir. Foemina. Genus etiam Epicœnum ad Grammaticū non spectat. Adiectiua vero nomina genus nō habent, ut isti somniāt, sed terminationes ad genera substantiuorum. ita ut prima terminatio sit pro masculinis, secunda pro foemininis, tertia pro neutris. Quod si omnia adiectiua essent vnius terminationis, ut prudens, non esset opus Grammatico genus substantiuorum indagare. Comparata non fiunt. Substantia, inquit Aristoteles, non recipit Magis, & Minus. Idem agēs de Qualitate: Sciscipiunt (inquit) qualia magis & minus. Ex his verbis colligimus comparatiua non posse trahi à nominibus substantiuis: vnde falluntur qui hæc nomina, senex, iuuenis, adolescens, infans, substantiua credunt, cum sint omnino adiectiua. Nec obstat quod Plautus à Pœnis fecit Pœnior. non enim ibi substantiam sed calliditatem voluit significare, quasi dicat callidior: Pœni enim habiti sunt callidissimi. sic qui dixit Nerōnior à Nerone crudelitatem significauit. Nec à verbis possunt creari comparatiua, quia verbum est veluti forma orationis nec recipit comparationem, nisi addito aduerbio: ut, currit, magis currit. Ne scio igitur quid mouerit aliquos, ut à potior & detero verbis formauerint potior potissimus, & deterior deterimus: cum ad manum essent potior & deter nomina? Nec à particulis possunt creari: ut, ab extra exterior, ab, ultra vterior: An obscura sunt nomina, vnde hæc melius formentur? An obscura sunt superus & inferus: ut mare superum mare inferum? Citer ager dixit Cato. exter honos Staius. extera regna Virgilius. exteras nationes passim leges: super inferq; vicinus, Cato. Sæp̄us aliquando fuit.

fuit in usu: unde Cato dixit, teste Prisciano sepiſſimam discordiam. Propius antiquum fuit, unde Propior. Varro. 7. de lingua. Lat. sic ait. aliàs ut duo prima absint: ut, optimum optius optimum: aliàs: ut primum & tertium: ut melum melius melissimum. Nec verum est quod aiunt, nõ posse duci comparatiua à nominibus habentibus vocalem ante IS, vel VS. Nam à tenuis, tenuior, & tenuissimus trita sunt. Cice. in Bruto. Assiduisſimè autem mecum fuit Dionysius. Suetonius in Galba: assiduisſimi usus. Varro. 2. Rusti. Ita sunt assiduiore. Et paulò post: eosq; assiduo res faciant. Plin. lib. 18. Milites strenuisſimi ex agricolis gignuntur. Tacitus lib. 20. Bellum strenuisſimi cuiusque periculo geri. Plin. lib. 7. Epist. Exiguissima legata. Lucretius lib. 4. Nam nihil egregius quàm res est cernere apex. Pijſſimus, reprehendit Cicero Philip. 13. Sed satis est Antonium eo fuisse usum: utitur & hoc nomine Curtius lib. 9. Citat præterea Priscianus ex Catone arduus iter. & arduissimo aditu: ex Pacuuiò, egregiissima forma: ex Iuuenali in. 4. egregius coenat: ex M. Catone industriorem exercitum. ex eodem Catone vitam innoxiozem: & perpetuus, & perpetuisſimo curriculo: ex Lucilio, villicus paulò strenuior. Notanda etiam sunt: Maturrimus apud Tacitum, & maturisſimus apud Ciceronè & Columellam. Ipsisſimus, & oculoisſimus, & patruisſimus apud Plautum. Superlatiua in Limus plura ponunt alij. ego tria tantum reperio, simillimus, facillimus, humillimus: Seneca utitur imbecillimus & imbecillisſimus epist. 86. Neutrũ probo.

Persona est specialis. Id est, persona est peculiaris
differentia

differentia verbi: quasi dicat: solum verbum habet personam: nomina enim sunt tertie personae verbalis: non tertiae personae: de quo latius in Minertia.

Diuiditur verbum iuxta significatum. Neutra verba nullo pacto esse possunt; quia (teste Aristotele) omnis motus aut actio est; aut passio, nihil medium est. Communia verba, id est simul actiua & passiuua, fuerunt multa ante Ciceronis tempora, postea vero deposuerunt partem suam significationem, unde dicta sunt Deponentia, sed mera sunt actiua, quid enim differant, prosequor te honore, & afficio te honore.

¶ Præpositiones accusat. Ex præpositionum numero sustuli Circiter, prope, propius, proximè, pridie, postridie, procul, secus, usq; , versum, versus. Nam circiter horam nonem, circiter calendarum, aduerbium est non præpositio, imo deest præpositio ad vel per, vel ante. Vnum solùm Plauti testimonium est, quò probant circiter esse præpositionem, sed ibi quoq; deest ad. Locus est in Cistell. Hæc loca circiter excidit mihi. Prope urbem, propius urbem, proxime urbem, deest ad & sepe adhibetur. Ouid. Proximus ad dominam nullo prohibente sedeto. Pridie ludos, & pridie ludorum dicimus, sed quoq; dicitur, pridie ante ludos. Procul urbem, & procul urbe dicimus: sed illie deest ad, hic vero ab. Romam usq; : deest ad, ut usque ad mortem. Versum, deest ad. Unde dicimus aduersum me, aduersum illos. Secus decursus aquarum Latini non dixerunt. ¶ Præpositiones ablat. Non intelligas a, ab, abs, tres esse præpositiones, sed unam tantum abs, unde facta est ab, & inde a, teste Cicerone, ut è facta est ab ex.

ANNOTATIONES IN genus nominum.

Illud imprimis acriter aduertendum, & sepe pueris inculcandum: Propter sola adiectiua reperta esse in substantiuis generibus. Nam si adiectiua non essent, nihil esset opus generibus. Quam enim dicimus: Reuereor patrem: Ne sedas hominem: Exclde canem: non refert cuius sit generis, donec addendum sit adiectiuum. Nec adiectiua genus habent, sed terminationes prescriptas ad genus: ut paulo ante diximus. Hinc iam colligamus, Genus in illis nominibus non esse querendum, quae adiectiuis adiungi non possunt. Quales sunt Ego, Tu, Sui, & Deorum & hominum nomina propria. Si enim dicas: Tu es doctus, sed Cicerro est doctior: deest homo. vide Homo in Ellipsi. Quin & nomina propria montium, fluuiorum, urbium non solent recipere adiectiuum. Nam in magna Tarento deest orbis: in molle Tarentum, deest oppidum. vide Ellipsin.

Causam uero, quare propria nomina non possint recipere adiectiuum, uidetur tradere Aristoteles lib. 5. cap. 9. Metaph. Singularia, inquit, non suscipiunt determinationem, quia de pluribus non affirmantur: ibid. lib. 7. capi. 4. & cap. 15. Natura notius est quod plurimum entis habet, id est veritatis. Itaque species notior genere natura: & minus uniuersale, magis uniuersali. Nam magis uniuersale in minus uniuersali reperitur, & aliquid aliud. Est enim animalis substantia animata: sensibilis: hominis uero substantia, animata, sensibilis, rationis particeps. Hebraei pra-

terea notant ideo nomina propria non recipere articulos, quia satis per se declarentur. Si igitur articulos non recipiunt, nec etiam adiectiuis adherent. Nec te moueat, quod Athenas doctas dicimus, & similia. Nam nomina pluralia nunquam vere propria sunt, ut nostros Metellos, vestros Cicerones. Et Athenae fuerunt antea multae. Athenides, hoc est oliuae, vel potius oliueta, quae postea in unam urbem coalescent. Sic Parisii, multi pacsi. Sic Burgi, multi Borgi. i. vici. Sic patria mea Broca, quo nomine antiquitus dicebantur mapalia.

Prima igitur regula datur, non de proprijs nominibus hominum, sed de illorum officijs, ut poeta, scriba, agricola, caelicola, orator, mercator. Feminarum ut Nympha, ancilla, obsecatrix: & multa in Trix, quamuis haec (ut sentit Caesar Scaliger) potius sint adiectiua: ut uictrix causa, uictoria signa. Officium porro hic latissime sumitur, ut pater, mater, frater, soror, auunculus, matertera, socer, socrus, eunuchus, & similia. Agricultura, praetura, seruitus, episcopatus, non sunt hominum officia, sed nomina ipsorum officiorum. Nomina vero Deorum, pro rebus quibus praesunt, adiectiua suscipiunt, ut Tellus arenosa: dubio Marte pugnatum. Hora. Cupidine falso. Inferiora etenim: Sensus est, Nomina generalia urbium, fluminum, herbarum, auium, gemmarum, montium, nauium, & arborum, etiam si non exprimantur postulant suum adiectiuum. Nec enim, ut aiunt, nomina urbium, nauium & poematum sunt foeminina: sed in magna Roma deest urbs: magna Centaurus, nauis: Eunuchus Terentiana, fabula: magnus Albula, fluuius: dictamnium pota,

herba: Delphica laurus, arbor. vide Ellipsin.
 ¶ (Raro inspicere fines.) Aliquando, inquit, terminationem nominum magis sequimur. ut durum robur: longum laburnum: rectos cupressos dixit Ennius: Palladius lotus, Martial. libro. 8. & Plinius. libr. 16. capit. 30. arbores, quos tubulos vocant. idem libro. 24. capite. 8. folia eorum tenerrima: loquitur de platanis. Grecorum in hac parte mira varietas: saepe sequuntur terminationes, itaque & masculine & foemine proferrunt. Hinc in sacris Biblijs legitur: Præparat. ibi buxos multos. & Quasi libatus non incisus vaporavi habitationem meam. Itaq; pinaster, oleaster masculina sunt iuxta terminationem: sed si dicas magna oleaster, deest arbor. Nominibus autem urbium vix crediderim posse addi adiectivum, sed semper aliquid deesse: ut in masculinis, locus: in foemininis, vrbs: in neutris, oppidum. Sic dicitur Martius Narbo, & barbara Narbo: Hypo regibus dilectus. Silius lib. 3. Ad Sycionem oppugnandum. Cice. Att. libro. 1. Arduus Acragas. Virgil. idem dixit altum Præneste, & alibi Præneste sub ipsa. Horat. Anxur. impositum saxi. Ouid. candidus Anxur. idem Sulmo uberrimus undis. vide Ellipsin. ¶ (Non variata.) Nomina non declinata (nisi sint adiectiva, ut nequam, & numeralia) neutra sunt: ut literarum nomina. Item. Hippomanes, cacoethes, Nar, gith, spinter, & I. V. Cepe, adde cete, Tempe, Soracte, melosq; Gausape, epofq; chaos, nil, & frit, safq; nefasque.

De genere dubio.

Genus dubiū proprie vocamus, quo autores vsi sunt sine discrimine nunc masculine, nunc fœminine. Itaq; vulgus, & penus, & specus non numerantur inter ambigua, quū neutra reperiuntur. Multa erant olim ambigua, quæ nunc non sunt: vt callis, cinis, funis, aluus, colus, acus. Multa etiam ex dubiorum numero reieci, quæ alij admiserant: vt nomina animalium quæ sub vno sine vtrumque sexum significant; hæc enim epicœna dicuntur à Græcis, sed sunt masculina vt coruus, bubo, aut fœminina, vt aquila, dama, vide Fœmina in Ellipsi. Cardo masculinum est, apud priscos etiam fœmininum. calx pro calcaneo ambiguum: pro lapide cocto Græcum est, & cū aspiratione debet scribi chalx, estq; semper fœm. Dies ambiguum etiam in plurali. Cice, pro Plan. ò reliquas dies omnes noctesque, quibus. Finis ambig. vide Ellipsim. Forci ps, forpex, forfices idem sunt, sed diuersa scriptura. alij volunt inter sese differre, quos reprehendit Charisius lib. 1. Linter sepius fœm. sed masculinum quoque esse tum aliq; a testimonia docent, tum lintriculus deminutum quo utitur Cicero lib. 10. Att. Puluis Hetrusca dixit Catullus. Penus secunde vel quartæ ambig. Sed penus oris, & penum, & penu, neutrum. Idem dicendum de specus. Varix ambig. apud Cornelium Celsum lib. 7. cap. 17. & 31. Seneca Epist. 68. dū varices exsecandas præberet fœmininum esse indicat etiam varicula. Nomina Græca in OS, quæ Latini vertunt in VS, mire variant apud illos, nec certa regula constitui potest.

Diferent pueri variam terminationem aut declinationem
nom. variam genus efficere. Nam ut diximus, Penus
oris, & penum peni, & penu penu, neutrum est, at pe-
nus, & penus penus ambig. Panther eris masc. Panthera
& foemin. sic stater, crater: barbiton i, neut. barbitos am-
big. sic coston, Ilion. Tiaras masc. tiara foemin. hoc sa-
le, hic sal. hic cassis cassis pro rete, sed melius in plurali
casses. hæc cassis dis, vel cassida & pro galea. hic retis is,
hoc rete is. Varro, Plautus, & antiqui semper scripse-
runt hæc canes, unde canicula; postea factum est hic
canis, unde caniculus. vomer & vomis idem sunt; sicut
mugil & mugilis. ¶ A. & E, foemineum. ¶ Ut ferula,
musa, Grammaticæ, rhetoricæ, parasceue. Adria for-
tassis nullius est generis, quia proprium nomen. legi-
mus, vagus Adria, inquietus, improbus. sed deest sinus.
& in ipso sinu ciuitas est eodem nomine. Silius libro. 8.
Statque humectata Vomano Adria. scilicet vrbs vel
ciuitas. vide Sinus in Ellipsi. Cometa seu Cometes haud
dubie masculinum est; sed Cicero 2. Nat. Deorum dixit,
Cometa bello Octauiano magnarum calamitatum præ-
nunciæ, intellige Stella; nam antea dixerat: Stella;
quas Græci cometas, nostri crinitas vocant. De polenta:
nugis armati digladiantur Grammatici, foemineum
omnino est. versus Ouidij ex lib. 5. Met. sic legit Tur-
nebus. Prodit anus, diuamque videt, lymphæq; roganti
Dulce dedit, tosta quod coxerat ante polenta idest. mula-
sum dedit quod coxerat polenta tosta. ¶ O mas. ¶ Ut
cento, carbo, titio, pugio, pernio, papilio, vespertilio.

eurerlio. Vnedo pro fructu masculi, si inueniatur foem.
 deest arbor, Turbo turbonis semper, nam turbinis est à re
 Etio turben, ita Charisius. Cudon, burdon, ligon, harpagō,
 mangon prime fuerunt positiones, legimus enim cudona,
 & harpagonas Græcos accusatiuos. Sed in his & simili-
 bus postea N. detrahi consuevit, ut Plato, Brito, Agameme-
 no. vide Priscianum lib. 6. ¶ Et verbale in IO. ¶ Ut por-
 tio à partior, ratio à reor, conditio, regio, ditio, natio, obli-
 uio. Male per corpus explicant hanc regulam: nam ter-
 nio, quaternio, senio corpus non habent & sunt mascul.
 Rursus regio, possessio corpus habent & sunt foem. vide
 vallam lib. 4. cap. 2. vnio pro gemmatantum apud Lati-
 nos accipitur, ¶ Do, Go, fce. ¶ Ut acredo, dulcedo, cupedo,
 intercapedo: libido, crepido: solitudo, habitudo, testudo
 fortitudo, solitudo, vuletudo. barbara sunt albedo & ni-
 gredo: suffrago, caligo, rubigo, fuligo, ferrugo, erugo.
 Homo, latro epicæna masculi: Nemo, adiectiuum, ut nemo
 homo, nemo vicina apud Plaut. nemo dies apud Pruden-
 tium, & non nemo idest aliquis apud Ciceronem. Presto
 aduerbium est. Plaut. Merc. Atq; istos rastros villico pre-
 sto ipsi facito coram ut tradas in manum. Idem Persa. Nā
 ibi tibi parata presto est.

¶ Nomina in I, & V, non variantur, ideo hic non
 apponuntur. ¶ C. T. L. V M. neut. ¶ Ut lac, o-
 lim hoc lacte, halex concise & neutraliter protulit
 Horat. nam proprie halex foemin. caput, occiput, syn-
 ciput. (reliqua à caput adiectiua sunt, ut triceps, centi-
 ceps) vestigal, tribunal, puteal, cervical, mel, fel, nil, sed
 hoc non variatur, In OI, & VI nulla sunt neutra. V M

finita sine vlla penitus exceptione sunt neutra, vt scortum, mancipium, Glycerium, Dorcium, Dinacium : quia Graecis deminuta sunt. Si tamen sint nomina propria nõ recipient adiectiuum. Et quõ Terentius dixit Mea Glycerium, subaudi amica (vt docet etiam Priscianus,) Nam sic dicimus Cicero meus, s. ciuis, ataicus, homo. &c. ¶ N. mas.) vt Trian, Azan, delphin, vel delphis, Python, canon, & illa quæ supra retulimus ligon, harpagon, vado, cudon. ¶ Men, neutrum.) vt carmen, limen, lenimen, flamẽ pro vento, nam pro sacerdote mascul. Hymen vero proprium est, pro carmine nuptiali aut membrana, qua foetus inuoluitur, masculinum est. O N secunde neut.) vt enehiridion, eulogion, encomion, symposion, barbyton, crystallon, coston, Ilion, quæ si finiantur in O S, erunt fœminina, vel potius ambigua. ¶ A R neut.) vt colear, laquear, torcular, puluinar. E R masc.) vt ager, agger, anser, asser, cancer, carcer, caper, culter, imber, liber, passer, vesper, veper quo usus est Columell. lib. ii. capi. 3. sed vepres in plurali frequentius. Et multa in Ter, vt Auster, oleaster, pinaster, præster. Et Græca, ut panther, clyster, præster, halter. Tres siferes dixit Plinius libro. 20. capit. 5. sed locus corruptus apparet. ¶ In BER aut V E R desinentia neutra.) vt tuber, suber, uber. zinziber non dicitur, sed zinziberi indeclin. uerber, uer, cadauer, papauer, lauer. At uero september, october, Nouember, December adiectiua sunt, uide Mensis in Ellipsi. ¶ O R masc.) vt cadõr, nigrõr, amor, fulgõr, sopor, cruor, rumor, mæror, dolor, color. ¶ V R neut.) vt guttur, sulphur, murmur, ebur, femur, fursur etiam

in singul. Plin. lib. 18. cap. 9. & lib. 26. cap. 2. ¶ As muliebre.) Vt ætas, pietas, potestas. Partes Aßis, præter unciã, sunt masculi, sunt autem hæc, uncia, sextans, quadrans, triens, quincux, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx. Composita sunt vt semissis, decussis, cētussis. ¶ Es muliebre.) Vt seges, abies, sanies, vulpes, canes in antiquo recto, res, spes, requies, quietes, composita à Pes, adiectiua sunt, vt bipes, tripes, quadrupes. ¶ Et plurale.) Pluralia in Es, sunt masculina: vt penates, annales, pugillares, casses, sales, antes, manes, lemures, fursures, tuberes pro quodam fructu, proceres pro capitibus tignorum extantium, sentes, vepres, vepretulis, non vepreculis (vt citat Thesaurus in voce veprecula) legendum est in Cicerone. Citantur ab aliquibus aliqua pluralia in Es feminina, vt Alpes, opes, compedes, sordes, nares, Gades, lactes, grates, sed falso. Nam Alpis rectum est singulare ex Lucano & Claudiano: ser opem, & nõ opis est nostræ legimus. Compede grata dixit Horat. & rectum singulare est hæc compedes, à Compedio teste Varrone & Nonio, non à pede, vt putant. Collecta sorde dolentes auriculas dixit Horatius & rectum est, hæc sordes. Emuncta naris homo, dixit idem. rectus est, hæc naris, quo utitur Ouidius. Gades iocose. s. insule. Sed plinius lib. 5. cap. penult. Gadis sepe dicit in singulari. Lactes, masculinum est non femininum. Grates in nominatiuo & accusatiuo plurali factum est à Græco Charites, cuius singularis est hæc charis. ¶ Et Itis crescens.) Nomina in Es, mittentia genitiuū in Itis, sunt masculina: vt limes, fomes, termes, trames, palmes, gurges, poples, cypses, stipes, ames, merges, apud Plin.

lib. 18. ca. 30. legendum (ex Columella lib. 2. c. 21.) inter
 duas mergas spica distingitur. ¶ Quibus addito Græ
 ca.) Græca in Es, mascul. ut Soractes, Bootes, gagates,
 ammodites, sorites, cometes, planetes, magnes, tapes, le-
 bes, & acynaces, non acynacis, ut quidam scribunt. ¶ Is
 muliebre.) ut pellis, vallis, bilis, ouis, cuspis, nauis, cla-
 uis, apis, non apes ut somniat Valla. Ex nominibus in Es
 multa sustuli contra Grammaticos. Nam ædilis ad officia
 virorum pertinet, aut potius est adiectiuum, & deest ho-
 mo: sicut bipennis, deest securis, & æqualis, deest urceus,
 vide Ellipsin. Corbis semper est femininum, ut messoria
 corbis. Nomina in Nis, mascul. ut annis, crinis, ignis, pa-
 nis, penis, cinis. Catullus tamen dixit, acerba cinis. ¶ Os
 masc.) Ut lepos, honos, flos, mos, ros. ¶ Vs masc.) ut se-
 cundæ, ut equus, asinus, mulus, stiuuius, agnus, coruus. Vs
 quartæ, ut sensus, senatus, visus, auditus, gustus, & gusta-
 tus. Ficus secundæ vel quartæ femin. etiam pro morbo.
 Nam quæ dixit Martialis: Dicemus ficos Cæciliane tuos:
 pretor familiam tuam. i. omnes tuos: ut alibi: ficosa est
 mulier, ficosus & ipse maritus, Filia ficosa est, & gener,
 atque socer. Pecus in recto pro vna bestia nunquam legi.
 Rectus erat, ut credo, hæc pecudes is. ¶ Vs, ternæ neut.)
 ut pecus oris, rus, rhus, tus, vel thus, crus, ius, pus puris,
 corpus, decus, tempus, acus eris, rudus, nam ruder inaudi-
 tum est. Composita à pus podos mascul. ut tripus, apus,
 chitropus non chitrapus, lagopus, polypus, dasipus. Grus
 posui masculinum vno solo Horatij testimonio lib. 2. sa-
 ty. 8. Membra gruis sparsi sale multo. Quum videtur fo-
 mininum deest auis. Variata per vti & vdis, ut salus
 virtus

virtus, seruius, iuuetus, senectus: palus, subscus, & laus, fraus. adde si vis pecus vdis. sed mihi, vt dixi, haec pecudes magis placet. ¶ S. cum cōsonante fœm.) vt ars, pars, lens dis, lens tis, glans, mors, fors, seps Latinū, nam seps pro animali venenoso Græcū est, & mascul. ¶ X, dato fœmin.) Nomina in X, monosyllaba & plurisyllaba fœminina sunt, vt pax, fax, lex, nix, pix, nox, vox, nux, crux, lux, lodix, perdix, filix, tomix, non tomex, aut tomice, mastix contra multos. vibix, non vibex, sandix contra multos. Spadix Græcis fœmin. Virgilij locus (honeste spadices) nihil probat, qui obscurus est & aliter dispungendus. Voluox in vsu non est, sed conuoluulus: vide Plin. lib. 7. e. ultimo. Solox, & celox adiectiua sunt, vt lanae soloces, naues celoces. vide naxis in Ellipsi. Calyx Græcis semper fœmininum vt in lib. 7. epigrammaton Græc. & 6. Iliados: Plinius masculine protulit, lib. 15. cap. 22. & 23. sit sane ambiguum. Pharinx, & larinx apud Græcos ambigua sunt. ¶ In Ax, & Ex polysyll. masc.) vt corax, nycticorax, dropax, storax vel styrax. Pollex, index, latex, ramex, culcx. Plautus tamen in cassina dixit cana culcx, sed lusit in genere sic vocans senem amatorem. Lucanus dixit, Et nautrix violator aquae, sed figurate, vt ait Priscianus. Sed quid mirum si dicitur: Aurum consolator, & vinum exhilarator. & quidam non male dixit, virgo Maria intercessor nostra, sed ego dicerem intercessor noster. Vt dicitur filia mea sit meus heres. Politianus dixit: Flet viduus perdix, referens ad marem.

ANNOTATIONES

in Declinationes.

IN Declinationum regulis ea tantum tradimus, quae à propositis paradigmatis discrepant. Ridiculi enim sunt & morosi examinatores puerorum, qui regulas acriter exigunt, quare poeta & tabula faciunt genitiuum in e, & accusatiuum in am: cum ad manum sit musa musa, quod est paradigma primae declinationis.

¶ Prima dat. A. nostris.) Nomina primae declinationis mittunt rectum in. A. pro Latinis. As. Es. E, pro Graecis. Sed nomina in. E. faciunt genitiuum in Es, datiuum in. E, accusatiuum in En, ablatiuum in E. Iuuenal. Penelope melius, melius torquetis Arachne. ¶ In datiuo & ablatiuo ineptè admodum inculcat Valla, & eum sequuti multabus, deabus, & libertabus. Nos usum loquendi docemus, non abusum. Scio antiquissimos sic locutos ex quibus citat Charisius dextrabus, eabus, raptabus, paucabus, puellabus, duabus, pudicabus, portabus, oleabus & ex Plauto hibus. Sed quis ferat has sartagine loquendi. Cur non potius Priscianum audimus, qui libr. 7. de datiuo primae sic ait. Multa alia quoque contra regulam vitiose, & in his & in alijs casibus vetustissimi protulisse inueniuntur, in quibus non sunt imitandi. Haec ille. Sed accipe testimonia quae debeamus imitari. Cic. Duabus animis suis. Curtius lib. 3. Rati actum esse de dominis suis. Statius Achill. Charisq; para connubia natis. & in Pandectis de Vsuris. l. equis. Columella libr. 6. cap. 36. potest à tenero conuersatus equis, familiariter earum consuetudinem

appetere. Varro lib. 2. cap. 1. Rust. Sed ex his equis, qui nati pulli, non plus triennium viuunt. Quo pacto enim erunt in mulis, & pastoribus nouene partes. Ibidem. De me, si vis, duas res de mulis, admissuram & parturam. Martial lib. 14. His tibi de mulis non est metuenda ruina, titulus est. Mule pumilia, Plautus. Stichus. Sed ego ibo intro & gratulabor vestrum aduentum filijs. Ouid. 13. Metam. Et totidem natis. & D. Hieronymus. 1. Reg. 10. A sinis, non asinabus dixit. Cicero tamen pro Rabir. Per duell. dixit Ab Ioue Opt. Max. ceterisq; dijs, deabusq; immortalibus pacem ac veniam peto. Sed imitatus est Demosthenem pro corona, quem aliter exprimere nequibat. Theois euchomæ pasi Kæ palæ. Liuius lib. 4. dec. 1. confugit cum duabus filiabus virginibus. Sed quis non videt cacophaton? quare fillabus & libertabus permittamus iurisc. consultiuorum labyrinthis, nos, rectum teneamus.

¶ Secunda Declinatio. Sex habet fines, E R, V S, V m, & Vir cum compositis, vt leuir, treuir, & satur, in Eust. Græcum: vt Pentheus. ¶ Vir puer. quasi dicat genitiuus non superat nominatiuum, sed multa quæ olim fuerant integra in recto, nunc patiuntur apocopē, ideo videntur crescere in genitiuo: vt, satur, presbyter, vir, puer, Liber pro Baccho, aut quando adiectiuum est, gibber, adulter, socer, gener, iber, ceter, prosper, & composita à gero & fero: vt, armiger, signifer. Liger non est huius, sed tertiæ declinationis. ¶ Sed proprium Pet I V S) Nomina propria in I V S, aliquando dicuntur facere vocatiuum in. E. vt, Tyrinthie apud Statium. 3. Silua.

Iecur, iecoris; & iecinoris, quia olim iecor, & iecinor.
 Iter, itineris. imo iter iteris, & itiner itineris.
 Iupiter. iouis. Imo iupiter iupitris. & hic Iouis. is.
 Impuber, eris. impubis impubis.
 Lac lactis, olim hoc lacte, is. Plaut.
 Mel mellis, Fel fellis. olim hoc melle, felle.
 Pollis pollinis. quia olim pollen.
 Robur oris: quia olim Robor, sic ebur, femur, iecur.
 Sanguis, inis. quia olim sanguen. Ennius.
 Senex senis. olim senex senecis. Plaut.
 Supellex, lectilis. olim haec supellectilis.
 Turbo semper onis: ut turben facit inis. Charisius.
 ¶ L. R. N. T. crescit I S. ut sal, Michael, vigil, sol, cōsul.
 Caesar, passer, color, murmur. Titā, lien, delphin, canon.
 Caput & cōposita, ut triceps. ¶ E, perdunt imber.)
 id est imber cū cōpositis, ut october, nō crescunt, sed mī-
 tūt genitiuū in is, amisso E. itē nomina Latina in Ter &
 Ster. ut pater, mater, vter, uenter; accipiter. pedester, es-
 quester. Graeca uero crescūt: ut statcr, panther, halter,
 clyster. ¶ In Es muliebri nō crescit: ut ambages, cha-
 des, cautes, cūpages, cōtages, dapes, fames, feles, insoles,
 labes, moles, nubes, proles, rupes, sepes, soboles, strages,
 tabes, uulpes. ¶ Vs, dat eris.) Hāc regulā mutauit, ut mi-
 nor fieret exceptio. In regula haec continētur: Acus, sca-
 dus, funus, genus, glomus, holus, latus, munus, onus, opus,
 pondus, rudus, scelus, sidus, uellus, uetus, Venus, uiscus,
 ulcus, uulnus, ex his aliqua praetermisit Nebriss. ¶ Hoc
 pecus oris.) Multi addunt haec pecus udis: quod ridicu-
 lum est. Nam si rectum haberet, haec pecudes esset: raro

reperitur in singulari, ut vox pecudis: in plurali pecudes tritum est. ¶ Monosyllaba in Vris.) ut crus, ius, mus, pus puris, plus, rus, thus, thus. ¶ S. sine vocali.) Apud antiquos (teste Varrone) nullum fuit nomen substantiuum in duas consonantes: dicebant enim sepes pro seps, partes pro pars, duces pro dux, reges pro rex. hyemes pro hyems. ¶ In Ex polysyllaba.) ut Aquilex, ca rex, cimex, codex, culex, inbrex, index, iudex, pellex, podex, pumex, remex, vertex. Vibex non debet scribi, sed vibix, vibicis, penultima longa. Duo Græca in AX, faciunt actis. Hipponax, Astianax. ¶ Fœmineum I S. non.) Sensus est. Omnia nomina finita in I S, fœminina, non crescentia in genitiuo faciunt accusatiuum in E M, siue in I M. Hanc regulam ego primus constitui, quia apud Varronem & antiquos inueni plura nomina quam constituantur à Grammaticis: ut, sementim, messim, lentim, quia olim hæc lentis. partim, ab hæc partis, quia olim nulla erant nomina finita in duas consonantes teste Charisio. Igitur hæc sint huius regule exempla: ouis, pestis, messis, bilis, vallis vestis, febris, clavis, turris, restis, sementis, puppis, nauis, securis. ¶ Græca in IS) ut, poësis, genesis, heresis, crasis, chelys, amusus, metropolis, Syntaxis, Alexis, Paris, Tiberis. ¶ Sextus E. vult) Oportet quidem has regulas obtrudi pueris: nihilominus tamen scias in hoc ablatiuo consulendas esse auros, & pro arbitrio in E. vel in I, desinere. Sed ita (inquit Consentius Romanus) consuetudo & autoritas variat, & intra hoc pugnat, ut plerique in hac parte dubium dixerint ablatiuum, sed accipe exempla substantiuorum: Varro lib. 1. c. 13. Rust.

Fenestras habere oportet ex ea parti, unde commodissi-
 me perflari possit. & lib. 3. capit. 3. In secunda parti. &
 infra in tertia parti. Plaut. Menech. satur nunc loqui-
 tur de me & de parti mea. Lucret. lib. 6. Ille ex aestiferâ
 parti venit annis ab Austro. Et lib. 4. Et libella aliqua
 si ex parti claudicat hilum. Cato. cap. 37. Ex segeti vellit
 to ebulum. Persius. Nonne pudet capiti non posse pericu-
 la cano Pellerè. Idem, vos ò patricius sanguis quos viue-
 re fas est Occipiti cæco. Idè Satyr. 2. & acri bile tumet.
 Virgilius in Sileno. Serta procul tantum capiti delapsâ
 iacebant. Idem. 9. Aeneid. Discussèq; iube capiti. Auso-
 nius de Occasione. Heus tu occipiti caluo es. Et libro ff.
 28. l. vltim. de hæred. instituendis: licet modus institutio-
 ni contineretur. Tacitus. Fusti caput eius afflixit. Apu-
 leius lib. 4. Paratus non fusti tantum, sed machera per-
 cussus occumbere. Lucret. libr. 2. Nam sæpe in collitona-
 dentes pabula leta. Idem li. 5. Terrarû quæ in orbi, &c.
 Gell. lib. 1. cap. 3. Hac fini ames. Ibidem. quæ fini, & li. 7.
 cap. 3. ea fini. Cato ca. 113. ansarum infirmarum fini. Iam
 de nominibus neutris in E, Al, Ar, hæc sunt Prisciani ver-
 ba: Vetustissimi solebant huiuscemodi nominum ablati-
 uum etiam in E. proferre. Hæc ille & citat antiquos.
 Ego addo, Ouid. in Ibim. Et summâ Libyco de mare car-
 pat aquam. Et. 5. trist. eleg. 2. Exiguum pleno de mare de-
 mat aque. Lucret. lib. 1. E mare primùm homines. Catull.
 Cum venires à mare nouissimo. Quid dicâ de nominibus
 adiectiuis? Ouid. in Epist. Hument incultæ fonte perennè
 gena. Et Fasti. 3. Anne perenne latens Anna perenna vo-
 cor. Et. 6. Fast. Extaq; de porca cruda bimestre tenet.

Idem. in Epist. Paridis, Fore ut à cæleste sagitta figat. Idē
 15. Metam. specie cæleste resumpta. Lucanus li. 7. Ere-
 pto natale feret. Horatius. Cœrite cera digni. Idem. 10.
 Carm. Cum Tyburte via. Idem. 2. carm. Nec purpura,
 venale nec auro. Varro. 2. Rust. cap. 3. Collo breue, gur-
 gulatione lōgiore. Sueton. Vespas. Conuiuabatur assidue,
 ac sepius recta ac dapfite, ut macellarios adiuuaret. Præ-
 terea uigil, & pugil, confessione omnium faciunt in E.
 uel. I. at sunt adiectiua. Et si imber facit E. uel I. cur cō-
 posita non faciunt similiter, quæ omnia sunt adiectiua:
 ut, september, october, &c. Nomina quoq; in A S. genti-
 lia olim (teste Charisio & Prisciano) erant in Atis &
 ate: ut, Arpinatis & arpinate. Sed in. E. & I. mittūt abla-
 tiuum, quanuis sint qui negent per E, quos refellit Cic.
 pro Cluent. Fratres gemini fuerūt ex municipio Alctri-
 nate. Idem. 5. Tuscu. Nisi ab homine Arpinate didicisset.
 Liuius lib. 5. in Capenate agro. Idem lib. 10. ex agro Sen-
 tinate. Val. Max. lib. 6. Ex illo Mario tam humili Arpi-
 nate. Mart. Metamq; lactis Sarsinate de Sylua. Sunt &
 alia apud Plinium & ceteros. Sospater Charisius ex
 Cesare, Plinio, & Varrone. Si de persona loquamur
 in. E. fiet ablatiuus: si uerò, de re alia in. 1, ut ab homine
 breue & ab itinere breui. Quare ab ædile semper dicen-
 dum, quia semper de homine dicitur. Hæc ille. Priscianus
 etiam ex eodem Charisio asserit. Si nomen sit proprium
 ex adiectiuo nunquam per. I. efferri: ut, à Iuuenale, à
 Martiale, à Prudente, à Clemente. Si de negotio loqua-
 ris, per. I. tantum: ut, in re clementi. Ego uera illos præ-
 cipisse puto, sed melius est, ut iam dicamus usu esse fa-
 ctum.

Etum, vt promiscuè adiectiua omnia mittant in. E. vel. I. ablatiuum. Ex tam multis colligitur errasse Grammaticos, dum præcipiunt nomina oppidorum, vbi aliquid fit, si sint tertie declinationis, poni in datiuo: vt, natus Carthagini, Sycioni habitat, & ruri vitam agit. Ego affero melius dici, rure viuuit, Charthagine natus, sed si illa reperiuntur, datiuos non esse, sed ablatiuos, Plaut. Mostell. veniunt ruri rustici. Teren. Phor. Opus ruri faciendum. Iustinus lib. 1. ruri iter ingressus: à pluri nunc dicimus, Charisius magis probat à plure, his verbis: ab hoc vetere, maiore, plure: non veteri, maiori, pluri. Quid quod ipse Valla hoc etiam aliqua ex parte vidit lib. 4. capit. 80. Reperiuntur (inquit) luci pro luce. & vesperi pro vespere, & ruri pro rure. Hæc ille. Plaut. Cistell. Postea autem cum primo luci. Sic dicimus tempori venito, & Cato dixit. Satisne tempori opera sient confecta, & si tempori facias. Charisius à rure vel ruri probat. ¶ E S, IS, non cres.) vt, cædes, proles, moles, labes, clades, nubes, sedes: ouis, vestis, vallis, canalis. ¶ Sed monosyllaba Ium.) Hæc multa sunt: vt, as, es, ars, arx. Bes, Car, calx, cor, cos, crus, crux. Daps, dens, dis, dos. Fax, falx, faux, fax, frons, fons. Glans, glis, glos, gens, gryps. Ius. Lar, lãx, lês, lis. Mas, mës, merx, môs, mus. Nex, nix, nox. Os, ops. Pax, pars, par, præ, plebs, pix, pons, plus, puls, pus. Ros, rus. Sal, seps, scobs, stirps, styx, sors. Trabs, trux. Vas, vrbs. ¶ Dant Vbus.) Hæc tantū quatuor nomina in Vbus facere datiuū affero, ex autoritate. P. Cōsentij, cuius hæc sunt verba: In hac regula pleriq; se antiquitatē sequi destinātes, V, literā retinēt, vt fluctubus po-

tius, quam fluctibus dicant, sed consuetudo improbauit: necq; in alijs nominibus quam ubi est ambiguitas discernenda retinetur: ut ab hoc artu artubus retenta V, efferramus, ne artes potius, quam artus dixisse videamur. Hæc ille. Quibus verbis colligimus, antiquos protulisse sensibus, veribus, quemadmodum Optimos maximos, pro sensibus, veribus, optimis, maximis. Diomedes hæc tantum quatuor enumerat. Horat. libro. 3. oda. 6. Fingitur artubus.

ANNOTATIONES

in præter. & Supin. verborum.

Præterita & supina verborum non carmine, sed in modum carminis pueris ediscenda proposui, nã hæc materia difficulter versu clauditur, sed rhythmus facilius memoriæ insigitur. illud obiter notandum: ubicunq; præteritum nõ fuerit expressum, debere peti ex regula proxima superiore. Deinde, supinum nunquam geminari. Postremò, si verbum habet. a, in præseni, illud habebit in supino: etiam si in præterito mutetur: ut, facio feci factum. do dedi datum. ¶ Cum geminat simplex.) ut, mordeo momordi. remordeo remordi. sic pario, tũdo, ca do cecidi, incido incidi. Hoc verbum, bibo bibi, non dicitur geminare, quia præteritum non superat positionem. Excipiuntur à regula omnia composita à posco, & disco, & sto, & do. Condo, addo, vendo, credo composita sunt à do, & ideo geminant præteritum: sed aduerte etiam composita ab his geminare: ut, recondo recondidi, super

super addo super addidi, diuendo diuendidi, cōcredo concredidi. sed abscondo facit abscondi & abscondidi. Composita à Curro utroq; modo faciunt. Sueton. Nero, 3. per cucurrit. Ibid. 11. decucurrit. Liuius libr. 1. excucurrisse sent. Sueton. Galba 18. excucurrisset. Liuius libro. 20. apud Prisc. procucurrisset. Petronius Arbit. Paulo ante in conductum aucucurri. Cice. 3. Orat. percucurrit. de præcurro multa sunt testimonia. Liuius sine geminatione dixit lib. 8. præcurreunt enim ab vrbe. Repungo solet hic addi à Grammaticis, cuius nullum præteritum inuenio.

¶ Ex prima coniugatione.

PRIMA mittit præteritum in Aui, & supinum in atū: ut, oro, rogo, amo, gesto, ploro, habito. Priscianus lib. 10. asserit, omnia verba huius coniugationis que faciunt in ūi fuisse apud vetustissimos tertij ordinis. Nam discrepauit, & increpauit, & vetauit legimus: Solinus dixit micauit, & incubauit. legitur & pexfricatus. Et multa participia in Aturus: ut sonaturus, iuuaturus, cubaturus. Item verbalia in Atio, ut domatio, crepatio, cubatio, vetatio, tonatio, fricatio, &c. Cubo aui, atum sed Cumbo ūi, itum, vnde composita in umbo, sunt tertia, ut fuit simplex. Plico compositum, ex nominibus, & præpositione Sub: aui, atum, tantum: ut multiplio, triplico, duplico, supplico, cum ad, ex, in, aui, atum, & ūi, itum: ut, applico, explico, implico. Composita à Do, (solim duo, is) quatuor enumerantur: circundo, pessundo, satisfdo, uenundo, que uerè cōposita nō sunt: reliqua sunt tertia, & faciunt: didi, ditum: ut uendo, trado, cōdo, addo. Cōposita

à lauo sunt tertiae: vt, diluo, colluo, abluo abluī ablutum. quia etiā in vsu est Lauo. lauis. Nexo as. aut Nexo is in vsu non est. Virg. tamen dixit nexantem nodis. Itaq; hexui est à necto. is. Vide Aldi orthograph. Diflicere.

¶ Ex Secunda Coniugat.

Secunda facit präteritum in ūi syllabas, supinum in itum: vt, monco, habeo, oleo, suboleo, oboleo, inoleo, redoleo, peroleo, libet, placco, debeo, merco, arcco, sorbeo, exorbeo. Absorpsit, citant ex Lucano lib. 4. sed legendum est, absorbens. Reliqua quæ faciunt in ūi, carent supino: vt, timco, metuo, tædet, piget, pœnitet, terreo, rubeo, palleo, pateo. Mœreo caret präterito. nam Mœstus nomen est, &c. ¶ Quæque vleo gignit. Vleo, oleſco antiqui dicebant pro crescere: vnde suboles, adulescens, adultus. Cuius verbi quatuor sunt composita, Aboleo, adoleo, exoleo, obsoleo. Cico ciui, citum: secunda, & cio ciui citum quarta, sed omnia composita sunt quarta: vt, concio, excio, in supino & participio dicimus concitus, excitus penultima breui aut longa. ¶ Vco vitum. Verba in vco faciunt vi & tum: vt mouco, fouco, vouco, caueo, reliqua serè omnia in vco carent supino. Ferueo duplex dicitur habere präteritum, sed propriè ferbui, est à ferbeo, & ferui à ferueo. Ab audeo Catullus fecit ausit, & à soleo solui Sallust.

¶ Ex tertia Coniugat.

Specio, & Latio, non sunt in vsu sed composita: vt suspicio, aspicio, respicio, conspicio, despicio, à Latio is, quatuor sunt composita, allicio, illicio, pellicio, exitum, Elicio elicui elicium. Illud etiā notabis: verba in Cio,

in Cio, & Pio, si componantur mutare vocalem in I: ut, iacio conijcio, facio conficio, sic pellicio, conspicio, capio concipio. Composita à Quatio mutant au, u, concutio, discutio, percutio, quasi autem in usu non est, sed composita ut excusio. ¶ Verba per uo diuisas.) Ut, arguo, acuo, induo, imbuo, minuo, statuo, suo, tribuo, nuu, exuo, Pluo, plui, & pluii, aliqua composita habent supinum: ut, complutum. Composita à Nuo non habent supinum: ut, annuo, innuo, à luo inuenies participium luiturus. ¶ Vinco amittit. n. in præterito & supino, & composita: ut conuincio, peruincio. Parco non habet participium. Plinij locus, quo id probant, corruptè legitur libro. 33. cap. 4. Sic legi debet, Italia parci. Vetere interdicto patrum diximus. ¶ Nosco noui notum, & in participio nosciturus & ignosciturus. Sed agnosco, agnouit agnitum, cognosco cognouit cognitum cogniturus. ¶ Do di sum.) Ut, mando, edo, scando, ascendo, accendo, prendo vel prebendo, mando, & cudo contra nonnullos. Varro de lingua Lat. 4. Postea succederunt Galli è ferro. Idem libro. 3. Rust. cap. 9. Quæ nondum excuderunt. Columella libro. 8. animaduertat an pulli rostellis oua percuderint. Idem libr. 11. cap. 1. sermonibus instigatus excudit mihi. Virgil. Ac primum silicis scintillam excudit Achates, Suscepitq; ignem folijs. Cum inueneris excusit, discussit, à quatio sunt, non à cudo, quod Grammaticos fefellit. Fido fisisum. Tendo tetendi tensum, tentū, sed attendo, pertendo, intendo, prætendo, portendo, contendo melius habent supinū in tum, ostendo verò in tum, & sum. Tundo tutudi

tussum, composita tussum ut, pertusum. Pando pandi
 passum. Sed Plinius expansa retia dixit. Facitus, expasse
 fores. Pado Albinouanus: Ratibus consurgere pansis:
 Composita à cada mutant. a. in. i. & carent supino, quan
 uis q̄i quando legamus occasurus & ad solem occasum.
 ¶ Co, xi Etum.) Ut cingo, tingo, lingo, aringo, sugo, un
 go, assilgo, distingo, plango, ungo, mungo, rego; pergo
 & surgo, sunt à Rego, extrito. B. quasi surrego, surre
 xi surrectum. Pingo & pango similia creant composita;
 ut appingo, expingo, suppingo, sed significatione, &
 præteritis distinguntur. nam impingo impinxi impactū
 à pingo. & impingo impegi, impactum est à pango, ali
 quando dicimus compango. Pango panxi: & pegi pro
 comp. Pango uero pepigi pactum. Composita à tango mu
 tant. a. in. i. ut attingo, contingo, pertingo. sed intingo
 est à tingo non à tango. Composita à frango mutant. a.
 in. i. ut infringo, suffringo, confringo, tergo. is, & olim
 tergeo, es. ¶ Lo lui litum.) ut molo, uolo, nolo: alo
 alui alitum, & melius altum. Percello nou habet per
 culsi, ut probat Lanbinus in Horat. uulsi à uello multi
 reiciunt. Sed Plauti dixit Euulsi fores. Ouid. Diuulsero
 boues. Prudentius, ipsumq; uulsi nexibus. Excelsus
 Præcelsus nomina sunt à celsus. non ab excello. ¶ Mo,
 uij, itum.) ut, uomō, gemo, fremo, tremo. Composita ab
 emo mutant. e. in. i. ut redimo, adimo, Plautus tamen in
 Stichō dixit, hęc mihi ademsit Orcus: quasi esset à demo
 demsi. ¶ Po, pfi, tum.) ut, carpo, serpo, repo, scalpo.
 ¶ Nata cui, itum.) Composita à sero si retinet proprie
 simplicis significationē in cui, itum faciunt: ut confero,
 adsero,

adsero, infero. si recedunt ab eo in erui. certum. vt. consero manus. conserui consertum. sic infero, desero. ¶ Cto, xi, xum.) vt. pecto. plecto. slecto. Necto nexi & nexui siue sit nexo as. siue nexo nexis. reliqua praterita que hic afferuntur à Grammaticis falsa sunt.

¶ Ex quarta.

I Vi, itum, quarta.) vt. audio. polio. ambio. dormio. fastidio. sapio. punio. prurio. vestio. seruiio. seruiio. mugio superbio, salio, pro sale condire. Omnia patiuntur syncopam in praterito: vt audiui audij. obiui obij. Cambio & raucio sustulimus. quia nimis antiqua. Cicero dixit. si paulum irrauserit, sed legendum irraucuerit. ab irrauco. secūda. Perio antiquum fuit verbum pro scire, vnde peritus. eius composita sunt aperio: operio. & ex his rursus adaperio: cooperio. hæc faciunt in iiii: & ertū: sed comperio & reperio: euentum. Haurio hausi & olim hauriui: & in supino haustum. Virgilius dixit. Supplicia hausurum. Composita à salio sunt insilio: desilio: resilio: iiii: vitum. Venco factum est ex venum & eo: quasi dicas: venum eo: vt dicimus: pessum eo. itaque fecit veniui vel venij. sine supino. neque enim est participium venus, neque venitus: sed venditus: & hoc à venum & datus.

¶ Ex finitis in OR.

F Inita in OR. carent prateritis & supinis: sed tamē formamus participia fingendo actiuam: vt. potio is: potuii potitū. quarta coniugationis: quamui Virgilius dixerit potitur media breui. Verba porro in OR. aut sunt primæ coniugationis & formant Atus: vt. miror, letor,

dignor, precor, causor, criminor, hortor, interpretor, contemplor, moror, osculor, ueneror, solor, & multa alia: aut sunt secundæ & formant Itus: ut uereor, polliceor, mereor, liceor: aut sunt tertiæ, cuius participia sequuntur terminationes perscriptas: ut fungor functus, quasi à fungo sic cõplector, obliuiscor: aut demique sunt quartæ & formant Itus, prima longa: aut potior, molior, mentior, blandior, fortior, largior. vide exceptiones. Orior tertiæ est coniugationis, exceptis oriris & oriri, & oriturus.

ANNOTATIONES

in Quantitatem.

Quantitas syllabarum est breuitas seu lōgitudō: Syllaba (ut diximus) est integri soni comprehensio. Hæc aut est breuis, cū unum tempus consumit: aut longa, cū duo: aut anceps. Singula vocales singulas efficiunt syllabas, præter. I. & V. si feriant vocales: ut iuuat. Syllabarum aliæ primæ, aliæ mediæ, aliæ ultimæ. Primæ dicuntur, à quibus voces incipiunt. Mediæ dicuntur omnes que sunt inter primas & ultimas. Nos regulas generalissimas hic tradimus, & præterea de ultimis diligenter egimus, de reliquis primis & medijs, superuacuum duximus tradere præcepta, quoniam immensi operis negotium est: & prope infiniti. Cuius pusillam partem attingit Nebrissenis, plura congescit Despauterius, multo plura Mycillus: librū enim satie amplum de hac re cõposuit.

fuit, in quo etiam multa desidero. Denique post has præcipuas & utilissimas regulas: ad poetarum pueri mittendi sunt: unde veræ sunt syllabarum petendæ quantitates. ¶ Simplicis obseruant.) Simplicis & compositi eadē est quantitas, præter innuba, pronuba: deicero, peicero: cognitus, agnitus: infio, suffio: causidicus, maledicus, & alia à dico: comitium, à con, & itum. Deriuata dictio simplicem sequitur: vt, amas amabilis. Multa tamen à breuibus producantur: vt, voces: leges: tegula: laterna: secius: à voco: lego: tego: lateo: secus. Ceritus à Ceres. sed fortè melius cum diphthongo Ceritus. & pector a pes pedis: mihi videtur à pes. Græco pro puero: uomer à vomo: renus à remoueo melias à remeo, rapum à rapio, vires à vireo, vituperò à vitium, totus a tot, nitella a niteo, maccro a macer, staturus a statum, iunior, a iuuenis, iugerum a iugo, petus a peto is, ego potius cum diphthongo petus, ferilis a ferus, reges & regula a rego, humanus & humor ab humo, sedes a sedeo, vena a venio, graduius a gradu. ¶ A longis rursus hæc notantur corripi. Duces a duco, dicax a dico, lucerna a luceo, titulus a tutari, manus a mano, sopor a sopio, vadum a vado, noto, as, a notu, sagax a saga vel sagio, lotium a lotu, vitium à vito, bubulcus a bubus, fatuus a fari, nato, as, a natu, odium ab odi, acerbus ab acer, puteus a puteo, coma a comere, arena & arista ab arco, stabilis a stabam, stabulum a staba, maledicus & cetera a dico: status a statuo, hæc ferè a Grammaticis notantur.

¶ Tempora in Ram, rim, ro, ssem, sse, seruant præteriti quantitatem, quæ sæpè discrepat a presenti. vt viderant

primam

primam producit, videbam breuiat: & visus, visus, visio, visurus, producunt à supino visum. ¶ Compositi pars) Ut, bifidus, tricuspis, fatidicus, armiger, omnipotens. Sed integra seruant suam quantitatem: ut, quantiuis, siquis, pleriq; tantidem, ubiq; ibidē, siquidem, quāuis hoc etiam breuiatur, introduco, sempiternus producit. i. Composita per O. Græca sunt: ut, macrologia, rhinoceros, monoceros, Theophilus, monosyllaba, Si obijcias. cur bigæ, & quadrigæ producantur: dicam fere in vniuersum obsexuiri, ut vocales in vnum contractæ producantur: ut, Di pro dij, obit pro obijt, abit pro abijt, derit pro decrit, āinde pro deinde, forsum pro seorsum, scilicet pro, scire licet. Illicet pro ire licet. vipera quasi viuipera, tibiçē pro tibiçē, bigæ, quadrigæ, pro bijugæ, quadrijugæ. ¶ Vocalem curtam.) Positio dicitur, cum due vel plures consonantes etiam in diuersis dictionibus vocalem sequuntur: ut, arma, Deus meus. vel duplex consona in vna dictione etiam composita: ut, axis, gaza, aio, reijcio, reiectus, obruo. Itaque due consonantes in sequenti dictione nihil producant: ut, arma Troie, arma Xerxis, arua Zephyri. Græcis tamen hoc est frequentissimum.

¶ Post curtam muta.) Tria notat versiculus. primū ut sit natura breuis vocalis quæ præcessit: ut patris, pharetra, nam si natura longa est, semper longa manet: ut matris, candelabrum, lauacrum, volutabrum. Deinde ut illæ consonantes sint muta & liquida, non liquida & muta: ut arca. Postremo, poetis tantum hoc concedi, nam in prorsa oratione non dicis volucris, pharetra, media longa. Obijciēt aliquis, obruo, abripio, ablatu, ablego, obli-

tus primam habent natura breuem & sequitur muta cū
 liquida, nunquam tamen poetæ licebit corripere. Respon
 deo nos hic agere de uaiça & simplici dictione: in obruo
 uerò est uera positio, ut supra docuimus, nam sunt due
 dictiones. Sed rursus hic ingens surgit dubium, & qui
 busdam insolubile. Si muta cum liquida uix potest produ
 cere uocalem precedentem (nam hoc per licentiam poe
 ticam carmini conceditur) multo minus due liquide
 producent: ut, terra, religio in quibus primæ syllabæ na
 tura breues sunt, nam terra à tero. is. deducitur, & reli
 gio à re & legendo seu ligando: at constat maximam &
 ueram esse positionem in terra & religio. Exēplo etiam
 rem ipsam difficiliorem ostendo. Si uir robustus & uir
 debilis uix hoc pondus ferre possunt, duo uiri debiles
 multo minus poterunt. Respondeo falli eos qui putant es
 se aliquas liquidas natura: casu enim fieri solet ut li
 quescent: quando scilicet à mutis opprimuntur: ut, cla
 tro, tra. Alioqui L. & R. (quas tu liquidas uocas) semiuo
 cales sunt. ¶ Diphthongum produc.) ut cælum, sæcu
 lum: etiam sequente uocali: ut Melibœus, iudæus, AEd
 cus, A Eolus, & præ, ut præire. Statius lib. 6. Tum uero
 Oeclides quamquam iam certa sequenti Præmia, quam
 uacuo domino præiret Ariō. Martian. Capella lib. 1. Præ
 optare caret, si quid placet, atque necesse est. in illo autē
 A Eneid. 5. tota præeunte carina, præ non breuiatur, sed
 fit syneresis. Idem Virgilius dixit, sudibus præstitis:
 sed more Græco: illi enim solent breuiare diphthongum
 sequente uocali, ut infra dicitur.

¶ Est breuis ante aliam.) hæc regula de Latinis tantū
 uocibus

vocibus traditur, nam Græci mirè variant. Nota hæc nomina Græca familiarissima Latinis habere penultimam longam, Darius, Antiochia, Priameius Epicureus, Aristoteles, aer, dius platea, chorea. Rursus hæc primam longam, Aonia, Chaonia, Pierides, Priamides, Eheu primam producit. Ohe anceps. Rei, & ei, producit Lucretius & fidei. lib. 5. Pompei, Cai, seruant recti quantitatem Pompeius Caius. Aliquando duæ illæ vocales coeunt. Horatius, Durus ait Vultei nimis attentusque videris. Genitui quoque antiqui primæ declinationis in ai, producant. vi aulai pictai.

¶ Præteritum produc.) Vt, veni, uidi, vici. Nisi sit vocalis ante vocalem: ut, fuit, luit, ruit. Reliqua præterita & supina, quæ non sunt dissyllaba sequuntur præsentis quantitatem: ut, clamas clamaui clamatum, oras orati oratum. Exceptis quatuor quæ breuiant a præsentis longæ: cogo, coegi coactum, gigno genui genitum, pono posui positum, possum potui.

¶ Dissyllaba supina.) Vt, visum, lusum, fusum. Priscianus producit statum, unde constatum & præstatum: Citum a Cio secundæ coniugationis priorem corripit, inde excito, concito, recito & concitus a Cio quartæ, producit, unde accitus & excitus. Luca. stratifque excita inuentus. Quitum corripit dicunt, & exemplo Terentiano probant. Forma nõ quita est nosci. ¶ E, de, se, di,) Producant, nisi sequatur vocalis: ut dehisco. Sed deerit apud poetas syneresis est. ¶ Re breuis hanc.) Re perpetuo breuis est: sed poetæ solent sæpè producere geminando consonantes: ut religio, repperit, reppulit,

lit, reddo. Lucretius lib. 1. Redducit Venus, aut reductū
 Dedala tellus: sic in hoc verbo fero cum re, poetæ addūt
 consonantem: ut, reffero rettuli rellatum. quod cum qui
 dam malè intelligerent, putarunt, aliud esse refert pri-
 ma longa. & aliud prima breui. Ego assero duplici. ff. de
 bere scribi quoties longum reperitur: mecum sentit
 Georgius Valla, & id insinuat Nebrisenſis in commen-
 tarijs cum de refert agit libro. 5. Hora. in arte. Vnde pe-
 dem refferre pudor vetet, aut operis lex. Sic enim legi-
 tur in antiquiſſimo codice, & sic legunt Lambinus, Tur-
 nebus, Achilles Statius. Serenus, Sin etiā rutilus reffer-
 tur pectore sanguis. ¶ Pro longum.) Pro Latinis
 ſemper eſt longa. Nam quæ breuiant a procul vel pro-
 pe componi videntur. Vnde quedam variant, quia nunc
 a pro, nunc a procul videntur componi. Propago
 uerbum variat: pro vite producit. pro genere breuiat.
 Probus breuiat, quia fuit prohibus. Procella Græcum
 eſt, ideo breue.

¶ Ex incremento nominis.

Incrementum dicitur non quod ſyllaba creſcens, &
 Lexuperās poſiturā ſit conſideranda, ſed quod nulla ſi-
 ne illa ſit regula incrementi. Incrementum nominis du-
 plex eſt, alterum ſingulare, quando rectus ſingularis ſu-
 peratur vna ſyllaba in vtroque numero: ut, lex legis le-
 ges legum: alterum plurale quando rectus pluralis (ſic
 nos ſtatuiſimus) vna ſyllaba vincitur. ut legibus. ubi le-
 eſt incrementum ſingulare, & gi, plurale. Hic dubium
 exoritur an quemadmodum in uerbis poſſunt eſſe mul-
 ta incrementa, ſic etiam in nominibus, ut ſupelleſtilis, iter
 itineris,

itineris, secur iecinoris, biceps bicipitis. Respondeo hoc
 & similes genitiuos non esse à rectis supra scriptis: sed
 ab antiquis hæc supellestilis, hoc itiner, hoc iecinor, hic
 & hæc & hoc bicipes, teste Prisciano & Charisio, ita-
 que genitiuus singularis nunquam vna plus syllaba re-
 ctum superabit. ¶ A breue iunge caput.) Nomina cre-
 scentia in. A. Græca sunt: ut emblema, toreuma. Caput
 cum compositis breuiat: ut, biceps bicipitis, triceps
 tricipitis. Hæc nomina non erant huius loci: sed hic breui-
 tatis causa inseruntur. ¶ Iunge O.) Nomina in. O. faciē-
 tia genitiuum in Inis, breuiant: ut, Apollo, homo, cardo.
 Cetera producantur: ut, sermo, latro, Anio anienis, Ne-
 rio nerienis. ¶ El Ol.) Nomina finita in. U. sic se habent.
 Masculina in Al, breuiant: ut, sal, Belial, Annibal, As-
 drubal. Neutra uerò producant: ut, toral, puteal, cerui-
 cal. In El, & Ol, producant: ut, Michael, Vriel, mel-
 mellis est positio, Sol, Michol. In Il, breuiant: ut, uigil pu-
 gil, mugil uel mugilis. Nil non uariatur & nihil, inte-
 grum est nihilum. Duc N.) Nomina in N. si finiuntur in
 An, producantur: ut, Titan, Pean, Acarnan, Pan. In En
 sunt duplicia nam si faciunt genitiuum in Inis Latinum
 breuiant, ut, carmen, lumen, pecten, cornicen, lyricen.
 In Enis producant: ut, lien, lichen, rē, splen, atagen. Quæ
 faciunt genitiuum in Inis Græcum habent rectum in
 In, & producantur: ut, Delphin seu delphis, Salamin seu
 Salamis. Eleusm. Hymē multi dicūt breuiari, Priscianus
 producit hymenis. Nomina crescentia in ON, omnia
 sunt Græca apud quos omicron, uel omega discernit
 quantitatem. Exempla productionis sint Babylon, Si-
 non,

non, Simon, Sidon, Helicon, Solomon, Solon, Dolon, Eudymion, Triton, Python, agon. Exempla breuium: Canon, Dæmon, Lacedæmon, Gorgon, Amazon, Agamennon, vel Agamemno, Briton vel Brito, Saxon, vel Saxo, Palæmon, Actæon, Iason, Ixion. Philemon, Sarpedo. ¶ (Mascula in A R.) Ex nominibus in R. finita in AR, si sunt masculina breuiant: ut, Cæsar, Amilcar, Arar. & hæc neutra: iubar, per, nectar, baccar. Sed Nar & Car dicuntur produci. in A R. neutra produci: ut puluinar, coelcar, lacunar, torcular. in ER, IR, VR, breuiant: ut, puer, uerber, ciccer, tuber, cadauer, uir, leuir, turtur, vultur, satur, Ligur. Græca in Ter, produci: ut, soter, crater, panther, stater, halter, clyster, præster, physter, character, æther breuiat, sed non finitur in ter, sed in ther & in obliquis scribitur Græcè per epsilon: in OR, longa: ut, decor, color, ardor, soror. Sed neutra breuiant: ut marmor, æquor. Ador oris, masculinum producit. Adus oris, neutrum breuiat. Græca in OR, breuiant, ut, Antenor, Hæctor, Nestor, Castor, rhetor. ¶ (Atis ab A S.) ut, ætas, veritas, castitas reliqui genitiui ab As, breuiant: ut, nas, vadis, Arcas, lampas, monas, decas. ¶ (Es tibi curabit.) ut, pes, nules, cocles, antiætes, limes, comes, Græca quæ faciunt genitiuum in Etis produci: ut, Chremes, Laches, tapes, lebes, magnes. Nomina in IS, breuiant incrementum: ut cuspis, sanguis, poltis, lapis, cassis, cassidis: Glis vero producit & mittentia genitiuum in Itis: ut lis, quiris, fannis. In Os, longa: ut, stos, dos, mos, ros, lepos, labos. ¶ (Vs retinens V.) Nomina in Vs, varios habent genitiuos: in oris: ut, tempus, foc-

nus. In eris: vt: genus: venus. In Vdis: vt pecus: incus. In
 Odis: vt: Melampus, tripus. In vtis: vt: iustus: seruitus. In
 uris: vt tellus: mus. In iuis. ut: sus: grus. Hec omnia nomi-
 na & multa plura que Grammatici multis verbis &
 obscure inculcarunt: nos versiculo cōclusimus. Nam om-
 nia nomina in VS: si seruant V: in genitiuo producuntur:
 reliqua breuiantur: excipe intercus, & pecus. suis &
 gruis non sunt huius regulæ: quia est vocalis ante voca-
 lem. ¶ S. sine vocali.) vt: trabs: scobs: scrobs stips: ops:
 hyems: auceps: adeps: forceps: manceps. ¶ X cum Gis.)
 Nunc confuse agit de omnibus in. X. siue monosyllabis:
 siue polysyllabis: que si faciant genitium in Gis breuiant:
 vt: grex: remex: aquilex: iapix: Styx strix: Phryx: oryx:
 Allobrox: & alia nomina Gallorum Regum: vt: Argen-
 torix: Vicengentorix. adde his coniux: mastix vero du-
 bium est. ¶ Ax longum.) vt: fallax: capax: dicax: mor-
 dax: thorax. fax breuiat. Græca in Ax: varia sunt: sed vi-
 de an forte sic possit regula constitui. Omnia in Ax: bre-
 uiant incrementum præter Thrax: Phæax. thorax. & Sy-
 phax, quod est anceps. Ajax formā Latinam habet, ideo
 producit. ¶ Ex retinēs E.) Nomina in Ex, varios habēt
 genitiuos, sed si seruent E, producūt: vt, veruex, halex,
 rex, lex. cætera breuiāt: vt, Pollex, pulex, cimex, iudex, in-
 dex, ¶ Ix, Ox, Vx,) Vt, vibix, sic enim malo quam vi-
 bex, mastix, felix, perdix, lodix, atrox, ferox, velox,
 frux: pollux. Vide exceptiones. ¶ Incrementum plurale
 non dixi esse, quoties genitiuus singularis superatur:
 nam sic dierum, illorum, ipsorum & multa alia non ha-
 berent plurale incrementum, quare dixi incrementum
 plurale

plurale esse, quoties rectus pluralis vincitur: vt, *musæ* *musarum*: in quo incremento. i. & u. breuiantur: vt, *sen-*
sibus, *sermonibus*, *artibus*, *partibus*. A. e. o. longa, vt,
poetarum, *dierum*, *dominorum*. ¶ De incremento ver-
borum.) Hic est consideranda secunda persona primi
presentis, & quoties illa exuperatur, tot incrementa
notamus vsque ad tria, sed vltima syllaba non nume-
ratur in incrementis: vt in *amaremini*, ma est pri-
mum, re secundum, mi tertium. ¶ A longum est.)
vt, *amabam*, *docebatis*, *legatis*. Excipe *da*, in *do-*
das, & compositis primæ coniugationis: vt, *dabam*,
dabatis, *circundabat*. ¶ E longum est.) Vt, *doce-*
rem, *doceretis*, *ametis*, *ameris*. *Ram*, *rim*, *ro*, bre-
uiant: vt, *amaberis* *amabere*, *moneberis* *monebere*. ¶ Et
legerem in pri.) Sensus est: In tertia coniugatione
primum incrementum in E, breuiat, reliqua per regu-
lam: vt, *legerem*, & *legere*, & *legerer*. Sed in *lege-*
remus & *legereris* duo sunt incrementa in E, quorum
primum breuiat, alterum producit. ¶ I, breue) vt, *ama-*
uimus, *monuimus*, *legimus*, *audiuimus*. I. ante. V. produc-
vt, *audiui*, *cupiui*, *petiui*, *iuimus*. Huc adde prima
incrementa quartæ coniugationis: vt, *sentimus*, *sanci-*
mus, *hauritis*, *vincitis*, *venitis*. itaque obseruato in hac
coniugatione, si presens & præteritum easdem hæ-
beat literas, in presenti produci, in præterito breuiari:
vt, *venimus*, *venitis*, *comperimus*, *reperimus*. ¶ Anceps
sit *rimus*, *ritis*.) *Rimus* vel *ritis* in futuro semper
producitur: in præteritis breuiatur. Diomedes libro
primo de modis verborum sic ait: Et in hoc subiun-

Et iuo, numero plurali uniformem declinationem perfecti
 et futuri temporis accentus distinguit. Perfectum
 enim acuto accentu declinatur, futurum circumflecti-
 tur. &c. Vult igitur Diomedes præteritum breuiari,
 futurum producti: quia accentus circumflexus nullo pa-
 cto collocabitur in antepenultima. Diomedem non
 intellexit noster Nebriffensis, quandoquidem abutitur
 illius testimonio. Ego contra Despauerium & mo-
 nachum Menesium & Georgium Vallam Diomedem fa-
 uero. Sed cur anceps posuerim rimus ritis: hæc fuit cau-
 sa. Sepissime apud Poetas præteritum amauerim capi-
 tur pro futuro amauero: unde fit: ut uox & quantitas
 sit præteriti, & significatio futuri. Cape exempla de
 vero futuro. Ennius: Nec mi aurum posco, nec mi pre-
 cium dederitis. Metam. 6. Accepisse, simul uitam dederi-
 tis in vniuersis. De Ponto. 4. Consulis ut limen contigeri-
 tis, erit. ibid. Et maris Ionijs transieritis aquas, Catull.
 ad Lesbiam: Dein cum millia multa fecerimus. In Prias-
 pais: Vtilis hæc aram si dederitis erit. Nunc de præteri-
 to. Aeneid. 6. Egerimus nostri, & nimium meminisse ne-
 cesse est. 4. de Ponto. Hæc ubi dixeritis seruet sua dona
 rogare. Meta. 2. Videritis stellas. in his omnibus sensus
 est futuri temporis, & voces præteriti. Itaq; Poetis li-
 bera est in hoc loco quantitas. (Vocalem perimit.)
 Familiare Græcis est si dicitur vocali longa vel diphthon-
 go finatur, & sequatur vocalis vel absorbere, vel inte-
 gram relinquere, vel breuiare præcedentem. Hoc & La-
 tini aliquando audent.

Insulae Ionio in magno quas dira Celeno.
 Stant & Iuniperi, & castaneae hirsutae
 Glauco & Panopaea, & Inoo Melicerte
 Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.
 Te corydon ò Alexi, trahit sua quemq; voluptas,
 Et longum formosae vale, vale inquit Iola.
 Tunc ille Aeneas quem Dardanio Anchisae?
 Posthabita coluisse Samo, hic illius arma.
 Credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.
 Stipitibus duris agitur, sudibusque praestitis.
 Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

DE ELLIPSI PAR- tium orationis.

Ellipsis, idest defectus, fit quoties ad legitimam constructionem necessaria dictio, vel dictiones desiderantur. Fit autem per omnes partes orationis, ut ostendemus.

Doctrinam supplendi esse valde necessariam.

Sed antequam ad hoc praeclarum munus accedo, illud videtur refutandum, quod ab istis Latini sermonis imperitis iactari consuevit nihil esse supplendum, nam si supplendum est: Ego amo Deum: Ego amo Deus: erunt Latinae phrasae, quia illic deest, praecipuum; hic autem, quae praecipit. Quibus aptè poterit responderi, illos communis sensu carere. Ego illa tantum supplenda praecipio, quae veneranda illa supplent antiquitas: aut ea sine quibus

bus Grammaticæ ratio constare non potest. Nulla linguarum est, quæ in loquendo non amet breuitatem. atque eo festiuus quidq; dicitur, quo plura relinquuntur intelligenda. Aliud est (inquit Fabius) Latine, aliud Grammaticè loqui. Excutiamus vnum aut alterum poetarum versiculū. Virg. 4. *Æn.* Nec venit in mentem quorū confederis aruis? Grammaticus diceret. Nec venit tibi, o Dido, in mentem recordatio illorum hominum in quorum hominum aruis tu confederis? Ter. Hea. Vel me monere hoc, vel percontari puta: Rectum est, ego ut faciam: non, ut deterream. Grammaticè dicitur: O Menedeme, vel tu puta me monere tibi hoc negotium, vel tu puta me à te hoc negotium percontari: Quia si hoc negotium, quod negotium ego abs te rogo, rectum negotium est, ideo te illud ego negotium rogo, ut ego idem negotium faciam: at vero si hoc negotium, quod negotium tu facis, rectum negotium non est, hæc quoq; de causa illud negotium ego à te rogo, ut ego te ab illo negotio deterream. Quid insulsius, & alsius? Horatius quasi nostras partes agens, & Ellipsin amplectens, dixit li. 1. Saty. 10. Est breuitate opus, ut currat sententia, neu se impediatur verbis lassas onerantibus aures. In comparatiuis sæpe multa desiderantur: ut Digitorum medius est longior. Syntaxis est: Ex numero digitorum medius digitus est longior, quam ceteri digiti sint longi. Horat: Si meliora dies (ut vina) poemata reddit. Syntaxis: Si dies reddit poemata meliora, quæ antea erant bona: ut dies reddit vina meliora, quam antea, &c. Contra nostros Grammaticistas sentit Quintilianus lib. 9. capi. 3. quum inquit: Quæ per detractionem sunt figuræ breuitatis

eis nouitatibusq; maxime gratia petuntur, &c. Iam verò
 quid leporis habebunt tot prouerbia, si integra referantur?
 Lupus in fabula. Ad fractam canis. Ne sutor ultra
 crepidam. Posterioribus melioribus inter cæsa & porre-
 eta. Manum de tabula: & mille huiusmodi. Multa etiam
 Grammaticæ ratio nos cogit intelligere, quæ si appone-
 rentur latinitatis elegantia disturbarent, aut sensum du-
 bium facerent. Hinc fit ut præpositiones sepe suppriman-
 tur: & sepius participiū E N S: ut Nate, mea vires, mea
 magna potentia solus. s. ens: Annibal peto pacē. s. ens. quæ
 omnia imperiti ad appositionem aut euocationē referunt.
 Alia rursus videmus desiderari, quæ sine vitio suppleri
 nequeunt, & tamen Grammatica necessitas supplebit.
 Qualia sunt, tuas spes non curo, quibus me allieis: Tua
 contēplor ora, quorū aspectu delector: vim mihi intulisti,
 cui resistere nequeo: Tuam vicem doleo, quæ me ex-
 cruciat: Sustuli duos liberos, vnum hic, alterum Salman-
 ticæ. Cic. Præstantissimum ius est augurum, eorum quæ
 sunt in rep. Idē, vnum cælum esset, an innumerabilia. Cur-
 tius, Mare Ponticū dulcius cæteris. Pleraq; autem subau-
 diri, quæ aperte dicere nō possumus docet Seruius. 1. Geo.
 in illo: Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phaneus.
 Adducitq; ex Sall. Sertorio triplices insidie posite erāt:
 prima, ect. Liceat iam nobis per Grammaticos thesauros
 Ellipseos aperire, sine quibus iniuriam facit Latino ser-
 moni, qui se Latinum audet nominare.

Regulæ generales.

Plato in dialogo de Ente asserit sine nomine & verbo
 nullam effici posse orationē. Multa enim nomina, ut

leo, canis, capra nihil indicant; quemadmodam nec multa verba, ut currit, ambulat, mouetur. Idē docet Aristoteli. 2. Periber. Quare verbum sine supposito nihil significabit.

Nominati-
n^o cognat^o

Curritur, sedetur, statur, deest cursus, sessio, statio, uel potius currere, sedere, stare, ut mox dicitur. Sic in omnibus, quæ Grammatici pessime vocarunt impersonalia passivæ vocis. Vidit hoc Priscianus li. decimo octavo, cuius hæc sunt verba. Sed si quis omnia hæc impersonalia velit inspicere penitus, ad ipsas res verborum referuntur: et sunt tertiæ personæ, etiam si prima et secunda deficient. Unde participia inveniuntur: curritur cursus, hinc decurso spacio. idem paulo post, Teste sapientissimo domino Apollonio, et doctore meo Theotisto, quod institutione artis Grammaticæ docet, possunt habere intellectum nominatiuum ipsius rei, quæ in verbo intelligitur: nam quum dico curritur, cursus intelligitur: et sedetur, sessio: et ambulatur, ambulatio: et euenit, euentus, sic et similia. Quæ res in omnibus verbis etiam absolutis necesse est ut intelligatur: ut uiuo vitam, et ambulo ambulationem, et sedeo sessionem, et curro cursum. Hæc atque Prisciani verba si miseri Grammatici percipissent, aut sequi uoluissent, non tot hætenus in tenebris essent versati. Apollonij verba, si quis requirat, hæc sunt ex libro Syntaxeos.

Mellei Socratei: ἡσπερ ἐπὶ νοῦ καὶ αὐτὸ ἀναδεχέσθαι νόου μένειν εὐθεσίαν, τὴν κατὰ τοῦ παρὰ φησὶ τὰ μέλλει.

Idem

Idem intellige in verbis quæ dicuntur Nature: ut, **Nominatiuus cognatus.**

pluit, ningit, lucefcit. s. pluuia, nix, lux.
 Idem in illis quinq; Miserec, tædet, pudet, piget, poenitet. Est enim (teste Prisciano) miserec me tui, misericordia tenet me tui: & tædet me ciborum, tædium ciborum tædet me. Verba igitur actiua sunt, in quibus intelligitur misericordia, tædium, pudor, pigritia, poena. **Nominatiuus cognatus.**

Iam igitur si in passiua intelligitur nominatiuus cognatus, illud etiam sequitur, & Priscianus ipse fatetur, ut accusatiuus cognatus intelligatur in verbis, quæ Grammatistæ vocant absoluta, quum mera sint actiua, ut curro, ambulo, sedeo. s. cursum, ambulationem, sessionem, &c. Sed hic accusatiuus, pleonasmu fugiendi causa non apponitur. Sed cum adiectiuo necessario adhibetur: ut hilarem vitam viuus, bonum certamen certauit. Itaq; omnia verba sunt actiua aut passiua. Nam teste Aristotele omnis motus aut actio est aut passio. nil medium est. **Accusatiuus cognatus.**

Porro nomen verbi cognatum duplex est, nam lectio & legere, verbalia sunt à lego, sicut amare & amatio ab amo. itaq; dicimus curro cursum, vel currere: & cursus curritur, vel currere curritur. Nam eodem Prisciano teste, infinitum ipsum nomen verbi ab antiquis dicebatur: itaque bonum est legere, & bona est lectio, nihil omnino differunt. Idem docet Eustathius primo Iliad.

Quando igitur nomen tibi verbale defuerit, aptissime recurreres ad infinitum ipsius verbi, ne cogaris rem agentem ostendere, quæ nihil agat, aut causam sine effectum. Nam si Petrus uiuit, vitam uiuit vel uiuere: & placet placere, & vadit vadere, pergat pergere, & caret **Infinitiu Cognatus pro nomine.**

carere, &c. Hoc apud Hebræos non esset difficile probare, qui ambulat ambulare passim dicunt, & morieris mori. Et apud Græcos nō raro infinitum cognatum videas. Homerus sepe dicit abiit abire, & dixit dicere. Sed & Latini aliquando in hoc genere luserunt, Catullus. negat negare. Plaut. Pseud. Pergitis pergere? Cicero in Arato, Post hunc ore sero Capricornus vadere pergit. idem in Academ. Itaq; confestim ad eum ire perreximus. Liuius. Clasi ire obuiam hosti pergit. Plaut. Aulul. Nunc domum properare propero. Terent. Domum ire pergā. Idem, placide ire perrexit? Cic. 1. diuin. si ire perrexisset. Liuius. 2. Pun. Pergit deinde ire sequentibus paucis. Vir. Obseruans quæ signaferant, quo tendere pergant. Idē. Ita farier insit. Cic. 1. legum. Sed iam ordire explicare de iure ciuili quid sentias.

**Infinitum
cognatum
pro nomi-
ne.**

Hoc infinitum cognatum intelligitur in participijs neutralibus: vt lectum est, legendum erit. s. legere. defessus sum legendo. s. legere. id est, legenda lectione. Legere enim & lectio, et dictum est, non differunt. Vide Negotium.

Idē nomē.

Idem nomen, si post verbum substantiuum sequatur adiectiuum aut genitiuus, necessario subauditur. vt hoc pecus est regium vel regis. valet: hoc pecus est pecus regium vel pecus regis. Cic. pro Mil. Caesaris potentiam suam potentiam esse dicebat. Idem pro Marcello. Tua enim cautio nostra cautio est. Plaut. Cass. Nunquam ædopol ieiunium, ieiunium est. Cic. 1. Nat. Deor. Itaq; in illis selectis breuibusq; sententijs hæc prior sententia est. Ouid. Pendet & à vestra nostra salute salus.

Terent.

Terent. Heaut. A sinulabimus tuam amicam huius esse
amicam. Et in sacris: Domus mea domus orationis est.
& iterum, Domus mea domus orationis vocabitur. ita
dicimus: hic non est honor, sed onus. hoc non est munus
sed poena. i. hoc munus non est munus. Lucan. Neq; enim
ista vocari praelia iusta decet. Terent. vis est hæc quidē.
Stultè igitur præcipiunt Grammatici verbum est rege-
re genitiuum. Stultius etiam Dialectici, qui docent acci-
dens prædicari posse de substantia: vt, Cicero est albus.
quod falsum est. Nam Cicero est albus, & Cicero est
homo albus, non differunt. nec plura verba hic quàm il-
lic enumerantur, alioqui si nil intelligas, sonabit. Cicero
est albus Cicero.

Vbi genitiuus ab adiectiuo videtur discrepare præci- Idē nomē.
piunt isti esse Græcismum aut Antiptosin: vt, multos mi-
litū amisit. i. multos milites. Hora. li. 2. saty. 2. corruptus
vanis rerū. i. vanis rebus. Lucanus li. 2. Minimas rerū di-
seordia turbat. i. minimas res. Sed nō ita est, nunquā enim
adiectiuū sine substantiuo erit. supplēdū igitur idē nomen
Luius lib. 9. dec. 4. Neq; carū rerū vllam rē, in quas iu-
reiuuādo obligati erant, in se aut in alios admiserāt: sed
in huiusmodi genitiuis præter substantiuum quod intel-
ligi dicimus, deest etiam ex numero, vt iam docebimus.

In omni partitione quæ sit per verbum, aut per no- Ex nume-
ro.
mina positiua, comparatiua, superlatiua, aut numera-
lia, aut deniq; quoquo modo si genitiuus sit, regitur ab
his particulis. Ex numero. vt, Hispanorum alij vigilant,
alij student, quidam boni, quidam mali, quidam fortio-
res, alij fortissimi. Quis vestrū? alter horum. s. ex nume-
ro, Plin,

ro. Plin. lib. 8. ca. 48. Lanarum nigrae nullum colorē bibunt. Lucanus, minimas rerum discordia turbat. i. minimas res ex numero rerum. Cic. 1. off. Sed omnium societatum nulla praestantior, nulla firmitior, &c. Sueton. in Galb. 1. 10. Alarum altera agrē retenta in officio. in omnibus his & similibus deest. Ex numero. unde licebit exhibere grammaticas, qui pueris inculcant superlatiua regere genitiuum, & comparatiua inter duo. quasi genitiuus ille regatur à superlatiua, aut comparatiua solum inter duo cum genitiuo reperiantur, quum sit frequens & vsitatum, maior fratrum, belluarum prudentior, animalium fortiora. sed ubiq; deest: ex numero. ut exempla subiecta docebunt. Caesar. 2. Gal. Ex numero aduersariorum circiter sexcentis interfectis. Ibid. Ex eo numero nauium nulla desiderata est. Idem. 3. civil. Milites ex numero aegrotorum ignominiam non tulerunt. Cic. 2. Agrar. Quorū ex eo numero (qui per eos annos consules fuerunt) multi mortui sint. i. multi eorū. Idē. 2. Fini. Quorum è numero primus est ausus. Leōtinus Gorgias, &c. Idem. 1. Orat. Homo ex numero disertorum postulabat. Valer. Max. lib. 5. ca. 4. Quum vnus è numero Persarum. Idem lib. 6. ca. 2. hominibus, è quorum turba duos retulisse abunde erit. Ouid. Metam. Fuit audacissimus omni De numero Lycabas. Idem in Epist. Quorum de populo nulla relicta tibi est. Idem. 4. Metam. Excepit vnus Ex numero procerum, quarens cur vna sororum, &c. Virg. 8. *En.* Quorum de numero qui sese in bella sequantur. Praestantes virtute legit. Idem. 5. *En.* Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Apule-

ius. 2. Florid. Hippias è numero sophistarum artium multitudine prior omnibus. Idem ostendit & præpositio: ut, ex omnibus doctissimus. Plin lib. 21. cap. 9. Tertium ex omnibus minutissimum. Ridicula verò sunt que inculcat Valla de Vnius & Solus lib. 3. cap. 67. esse scilicet nomina duo ex natura superlatiuorum regereq; genitiuum: ut, primus omnium, quasi verò non etiam Horatius dixerit, sapientum octauus: & Martial. Nona sororum. Rectius Thom. Linacer lib. 6. Nomen (inquar) cum præpositione deest: ut ante tales genitiuos: Animalium fortiora quibus est sanguis crassior: subauditur enim de numero, vel ex numero. hæc ille. Iam igitur contra Grammatistas colligamus comparatiuorum & superlatiuorum genitiuos (nisi sint sui positiui, ut audior pecuniarum) ab illis nequaquam regi, imo nec ad illa quicquam attinere. An non risu res digna est, quò Valla & Grammatici docent in his orationibus: fortiores Troianorum superauit, & fortissimos Troianorum superauit: in priore esse genitiuum partitionis, in posteriore nimine? Sed horum insaniam Minerva exagitat.

In primis & secundis personis, quia rusticè, nisi discretionis aut alia impellente causa, suppositum apponitur, elegantius subicitur.

Ego, tu,
nos, vos.

Quando suppositum agit in se, sepiissime, & elegantius subicitur accusatiui Me, te, se: ut, Nox præcipitat, hyems aduētat, imber ingruit, nupsit regi, ille iam lauit, bene vortat, bene habet. Terent. Quid nullis moror. s. me. Idem. Facile ut pro Eunuchio probes s. te. idem Adelph. Tot res repente circumuallant, ubi Donatus docet,

Me, te, se.
3. moror s.

deesse

deesse se. Nec verum est quod docet Seruius & alij Grammatici, esse aliqua verba actiua pro passiuis posita, vt nox precipitat pro precipitatur: & voluentibus annis pro volutis, & c. imò vero deest se, vt recte docet Linaer. & sepe exprimitur. Lilius lib. 3. decad. 3. Nam & precipitasse se quosdam non tolerantes famem constabat. Plin. lib. 8. ca. 36. precipitaturi se ex aliqua rupe. Terent. Adelph. vide, ne ille huc proorsus se irruat. Virgil. Seqs ex oculis auertit & aufert. alibi suppressit inquiring, Dixit, & auertens rosea ceruice refulsit. Varro li. 2. Rust. cap. 2. Antequam calores aut frigora se fregerunt. Cæsar. 2. ciuil. omnes se portis erumpunt. Virg. 1. Georg. Diuersi erumpunt sese radij. Idem suppressit. 4. Georg. Erumpunt portis. Persius sat. 5. Vertentem sese frustra sectabere canthum. Virgilius sepe reticet accusatiuum, vt. 3. Georg. Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ. s. se. Idem. Alæ neu crede paludi. s. te. hinc illa trita, crede mihi. s. te. non credo tuæ fidei. s. me. Cic. Tum se emergit, & fertur illuc. Sueton. Carnillus me euasit. Huc illa pertinent pluit, ningit, serenat, tonat, vt pluuia pluit se vel pluuia pluit pluuiam, nam etiam in multis potest accusatiuus cognatus intelligi: vt in sacris: Gaudeat se tellus tantis illustrata fulgoribus. & frequenter legimus Gaudere gaudium.

Idem nomē.

Aliquando intelligitur idem nomen, sed aliter atque in superioribus. Plinius libro. 7. de Cicerone: Omnium triumphorum lauream ad apte maiorem. s. laurea, in. 6. casu. Varro. libr. 2. rust. de bubus: transmarini Epitrotici non solum meliores totius Græciæ, sed etiam Italiæ.

Italiae. s. bubus. ibid. de canibus: cibatus canis propior ho-
minis, quam ovis. s. cibatus. Plinius. Lanarū nigrae, &c.
ut supra.

Sed non solum nomen vnde saepe genitiuus pendet
subticitur, sed ipse etiam genitiuus, quod adnotatu di-
gnum est. Qua de re est elegātissimus Ciceronis locus
qui nostram supplēdi doctrinam maximè illustrat, in 2.
Natu. Deorum. Sed id (inquit) præcise dicitur, ut si quis
dicat Atheniensium rempublicam consilio regi: desit il-
lud, Arcopagi: sic quum dicimus, providentia mundum
administrari, deesse arbitrator, Deorum. Plenè autem
& perfectè sic dici existimato: Providentia Deorū mun-
dum administrari. Hæc Cic. Horat. Millia frumenti tua
triuerit area centum. s. modium. Idem. Callidus huic si-
gno ponebam millia centum. s. sextertium. Idem. millia
tum pransi: iria repsimus. s. passuum.

Genitiuus
Intellectus,

ELLIPSIS NOMI-

num & participiorum ordine
Alphabetico.

Adiectiua nomina nunquam fiunt substantiua, (ut
male credidit Cesar Scaliger.) Nam accidens non
transit in substantiam. Nomina tamen propria vndeli-
bet trahuntur: ut Iulius. Iulianus, Iulianius, nomina sunt
imperatorum: & Cedo alteram, nomen ceturionis. Itaq;
in omni adiectiuo scrutabimur substantiuum, hac ordine.

Colligere vinacea vel vinaceos, tritū est apud autores
rei rustice. s. acinos. Cic. Senect. aut ex acino vinaceo.

Acinus,
vel acinus,
vel grana

Stellaris,

Accipiter. Stellaris, Asterias, hierax, rubetarius, halietus, fringillaris, tertiolus, triorches. s. accipiter.

Actor. Plin. lib. 7. Spintber secundarum, tertiarumq; Pamphilus. s. actor. vide Partes.

Aedes. Terent. Adelph. ubi ad Dianæ veneris. Horat. 1. Serm. Ventum erat ad Veste. s. eodem. A Græcis hoc manavit, qui etiam dicunt, Eo ad præceptoris. s. domum, vel aedes. Plaut. Bacch. Quin ipsa in aede Dianæ conditum est. Cic. 2. Phillip. Qui maximo te ere alieno ad aedem Opis liberasti.

Aedes. Cum persuasum haberem genitium semper à nomine regi, diu quæ sui unde genitium Domi regeretur: donec antiquos, Per aedes Domi, in ædibus domi, locutos fuisse animadverti. Id me aperte docuit Plaut. in Cassina, dum inquit: insectatur omneis domi per aedes.

Aetas. Peruenit ad decrepitam. Plin. lib. 2. cap. vlti. senectæ diem obiit. s. etate. Plaut. Aulul. Quem senectæ etate ludos facias. Cic. 1. Tuscul. Ex his igitur quæ hora octava mortua est, prouecta etate mortua est, quæ vero occidente sole, decrepita. Salust. Senectæ etate, senectæ membra dixit autor. Æne. Lucret. lib. 3. membris senectis. & lib. 5. etate senectæ.

Aetate. Varro lib. 2. Rust. cap. 7. videndum ne sint minores trimæ, maiores decem annorum. s. etate. Idem capit. 2. castrare oportet agnum non minorem quinq; mensium. Valla lib. 1. capit. 19. Nam & hoc (inquit) licet dicere: Ego sum maior viginti annorum. i. etate tali. Vel ego sum etatis maioris etate viginti annorum.

Aes alienū Linius. Quā populus soluendo non esset. s. eri alieno. Idem

Idem. Quum & priuati equum postularent, nec tamen soluendo eri alieno respublica esset. Vide Aptus.

Tanti enim quanti praefinisti, magni doces, parui aestimo. s. eris: omnia enim pecunia aestimabantur. Columella lib. 3. cap. 3. Quem vulgus parui eris posse comparari putat. Huc refer ista, de meo, de tuo, de suo. s. ere. Quanti doces. i. quanti eris pretio doces. Hoc ignorauit Valla lib. 3. cap. 1. vide Asium.

Cice. pro cluent. Cecidisse ex aequo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehementer. s. affectus. Idem Tuscul. Affectus optima valetudine. Idem Diuinat. Qui sunt morbo graui, & mortifero affecti. Terent. Phor. Tantane affectum hominem quenquam audacia?

Est qui dicat: sunt qui affirmant. s. aliqui. Horat. sunt quos curriculo puluerem Olympicum Colligisse iuuat.

Deus in adiutorium meum intende. s. animum. Horat. Si non intendis animum studijs, & rebus honestis. Terent. Repudia consilium, quod prius intenderam. Cic. 2. Agrar. Sed attendite animos, ad ea quae consequuntur.

Serpens adiectiuum est à serpo: ut serpens vitis, scela serpentia, aqua serpens. Sed cum legis, caeruleus serpens, vel dira serpens, deest anguis vel bestia. Ouid. 1. Metaph. Pythia per domicae serpentis nomine dictos. ibid. incognite serpens. Nec audiendus est Valla, qui duo adiectiua vni tribui substantiuo posse negat. Plaut. Quasi proserpens bestia. Idem Asin. Fac proserpentem bestiam. Serpentem riuum dixit Lucanus. libro. 9.

Annus.
Aptus, vel
Idoneus,
vel accom-
modatus.

Virgi. Adeo in teneris consuescere multū est. *s. annis.*
Cic. 2. Philip. Nec tu soluendo eras. *s. aptus vel idoneus: integrum erat, Nec tu soluendo eri alieno sufficiens eras.* Plin. Ferrum non est tundendo. Idem: radix eius vescendo non est, id est, esui apta. Celsus lib. 5. cap. 28. Quodlibet puri mouendo accommodatum. Vitruuius lib. 2. cap. 8. Ea non potest in structura oneri ferendo esse firma. Columell. lib. 1. cap. 9. Dum modo perpendendo labori sit idoneus. Vide *Es alienum.*

Aquat

Frigidam subfundere. Prouerb. *s. aquā.* Iuuenal. Sat. 5. Quando vocatus adest caldæ, gelidæq; minister. Ibid. petitur decocta. Martial. Iam defecisset portantes caldā ministros. Idem. Caldā poscis aquā. Cic. 1. catil. Si aquā gelidam biberint. Apul. 2. Met. aqua calida iniecta. Columella lib. 6. c. 16. perfunduntur aqua frigida.

Qua.

Pluuia ingruit. *s. aqua.* Nam dicimus, pluuijs diebus, & apud consultos Titulus est, de aqua pluua arcenda. Ouid. pluuiōq; madescit ab Austro. Cato in Rust. Quā tēpestates pluuiæ fuerint. *Anei. 1. pluuiasq; Hyædas.*

Aqua. l. flu-
uius. l. am-
nis.

Confluens, profluens, torrens, adiectiua sunt, in quibus absolute positis intelligitur aqua, fluminis, vel amnis. Cic. 2. Natur. Nam ut profluens amnis aut vix, aut nullo modo, & c. Lucan. lib. 2. Torrenti sanguine. Liu. lib. 1. Pueros in confluentem aquam mitti iubet. Virg. 2. Geor. Nec non & torrentem undā leuis innatat alnus. Idē Torrenis aquæ more fluens. Idem Torrentia flumina.

Aquæ.
Arbor.

Baianæ, Albulæ, calidæ, frigidæ, statinæ. *s. aquæ.*
Delphica laurus, tarda morus, patula fagus. *s. arbor.*
Nā nomē generale rectius subauditur: aliquando additur
Plin.

Plin. lib. 12. ca. 21. Taxi arboris succum. Suctonius Vesp.
Arbor quoque cupressus in agro auito. Gellius libro. 9.
cap. 6. Folia olearum arborum. Vnde proprie Ennius di-
xit, Capitibus nutantes pinos, rectosq; cupressos. de quo
vide Gell. lib. 13. cap. 19. Hinc Catullus dixit, vltimum ma-
ritum. Nam maritus adiectiuum est. Vide vir.

Columella lib. 5. c. 10. Eodem tempore iuglandem, & **Arbore**
pineam, & castaneam serere oportet. s. arbores. Nam
hæc nomina adiectiua sunt. Vide Nux.

Antecedens, consequens, adiectiua sunt, sed in absolū **Argumen-**
tis deest argumentum. Cic. in Top. Alia ex antecedenti- **tum.**
bus, alia ex consequentibus.

In illis. Grammatica, Rethorica, Dialectica, deest ars: **Ars. I. sciē-**
Varro libro. 4. ling. artificius maxima causa ab arte, **tia,**
id est, ab arte medicina medicus: ut sit: à sutrina sutor.

Quintil. lib. 2. Namq; vno modo fit appositū ars Retho-
rica. ut naus piratica: altero nomen rei, qualis est philo-
sophia, amicitia. Hæc ille: cui ut in priore parte faueo, sic
in posteriore obsto: nunquam enim ex adiectiuo nomine
fiet substantiuū ut diximus. Gellius li. 16. c. 10. Rei grāma-
ticæ peritus. Plin. Hippocra. clarissimus medicinæ sciētia.

Duodecim æris: octonis æris: decem millibus æris. s. **Arsū, vel**
asibus. A. Gellius libr. 20. cap. 1. Si iniuriam alteri fa- **asibus.**
xit viginti quinq; æris pœnæ sūto. Quis enim erit tam
inops, quem ab iniuria faciendā viginti quinq; asses de-
terreant. Budæus & Agricola.

Virgil. 4. Anei. Solāq; culminibus ferali carmine **Auis,**
bubo visa queri. Retulit (inquit Seruius) ad auem, nam
bubo masculinum est. Sæpe enim mutamus genus re-

ferentes ad generalitatem: ut si dicamus bona turdus: re-
ferendo ad auem: aut prima est. A. referendo ad literam,
et A. sit neutrius generis. Hæc Seruius: quæ verba si Græ-
matici aduerterent, multa inepta vitarent. Ouid. Martia
picus auis. Martial libro 13. de Phasiano: Argina primū
sum transportata carina. Plin. de psitaco, India hanc mit-
tis. Idem de apodib. libro. 10. capit. 39. Hæ sunt quæ toto
mari cernuntur. Lucretius libr. 4. de accipitribus. Vi-
seq; volantes. Hinc Virg. Aërie grues & strimonis
grues. Vide Arbor, fluiuis, herba, vrbs.

Auis: In illis etiam adiectiuus ales, præpes, volucris, deest
auis. Cic. in Arato: Inde est ales auis lato sub tegmine cæ-
li. Idem. Pulcherrima præpes leua volauit auis. Idem. 1.
Natur. cum volucres angues ex vastitate Libyæ. Valer.
Max. lib. 1. cap. 6. quarum maiorem numerum præpetes
diripuerunt aues. Apule. de deo Socrat. igitur ales bestia
præuenit, et lib. 5. Asini. Alitibusq; bestiis.

Bestiæ, vel pecudes. Ouid. terra feras cœpit. s. bestias. Cice. Nam cum cæ-
teras animantes abieciisset ad pastum. Virg. Nulla neque
annem Libavit quadrupes, neque graminis attigit her-
bam. Varro. 2. Rust. Et pertinent ad feras bestias ac syl-
uestres. Cic. Quam varia genera bestiarum, vel cicurum
vel ferarum. Vale. Max. libro. 2. cap. 2. feris bestiis obie-
cit. Curtius lib. 5. Quasi feras bestias ipsos posse depræ-
bendi. Idem lib. 6. cum feris bestiis res est. idem libro. 8.
Mittor ad feras bestias. Ibidem: viuendum esse in solitu-
dine veluti fera bestia. Potest et intelligi pecudes: Nam
pecudes omnia dicuntur animalia Varro lib. 2. Rust. ca.
5. Qui gregem armentorum emere vult, obseruare debet
primum

primum ut sint hæ pecudes ætate potius, &c. Ibidem. capit. 2. Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot.

Homo frugi, homines frugi. s. bonæ frugi enim genitius est à frux, extritio, s. Antiqui dicebant bonæ frugis, postea bonæ frugi, deinde frugi tantum. Cic. Att. libro. 4. Permodestus ac bonæ frugi homo. Plaut. capt. Fui ego lepidus, neque bonus vir unquam, neque frugi bonæ. Idem Cass. bonæ frugi hominem iam pridem esse arbitror. Vlpianus. Sed si bonæ frugi seruus intra annū &c. Budeus in pandect. frugi bonæ, & bonæ frugi cum dicebant probum officiosumq; consummatè significabant, quanquam apud Gellium frugis bonæ legitur. Hæc ille. Plaut. Milit. Fac sis frugi.

Horat. 3. carmin. Catus idem per apertum ceruos iaculari. s. campum. ut notat Lambinus. Campus.

Molossus. Gallicus, Lacon. Canarius. s. canis. Virg. canibus succincta Molossis. Horat. 2. Sermon. simul domus alta Molossis Personuit canibus. Canis Gallicus Quid. libro. 1. Met. Canis.

Cic. Non cani, non rugæ repente aut oritatem afferre possunt. s. capilli. Ouid. 2. Met. & glacialis Hyems canos hirsuta capillos. Lucanus. 1. Turrigeros canos effundens vertice crines. Capilli,
vel crines.

Vtor bubula, suilla, ferina, ouilla, agnina, caprina. s. carne. Sallust. Getulis cibus erat caro ferina. Idem Numide plerūque lacte & ferina carne vescēbatur. Pomp. Mella libro. 1. cibus est caro, plurimum ferina. Caro.

Curt. 3. Statua illic habuerat Cyrus. s. castra. Cic. Castra.

Omnes agros, statua, portus. Caesar. 3. ciuil. Eodēq; die
uterque eorum ex castris statuis exercitum educunt, &
paulo post, Scipio in castris statuis biduo moratus. Cic.
7. Verr. castra statua. Idem. 12. Philipp. Hæc custodia,
hoc præsidium statuum.

Causa, vel gratia, vel ergo. Terent. Adelp. Ne id assentandi magis, quam quod
habeam gratum facere existimes, deest, ENEKA, vel,
CHARIS. i. causa vel gratia, vel etiam ergo. Virg. il-
lius ergo Venimus. Idem; Iustitiene prius mirer, belline
laborum? Ouid. 2. Metam. successorumq; Minerue Indo-
luit Tacitus libr. 2. Germanicus. Egyptum proficisci-
tur cognoscendæ antiquitatis. Ibidem. Pugnam pro Ro-
manis ciens, ostentandæ (ut ferebatur) virtutis. Idem
lib. 3. Erectis omnium animis petendæ è Pisonæ ultionis.
Ibidem crebro se militibus ostentasset ab Narnia vitan-
dæ suspitionis. Ibidem. Multa populus parauit tuendæ
libertatis. & firmandæ concordie. Horat. lib. 3. Da Lu-
næ proptere nouæ, da noctis mediæ, da puer auguris Mu-
renæ. s. causa. Vide Festum in voce Ergo.

Centena. Debet decies, aut debet sextertium decies. Integrum
erat, debet decies centena millia nummum sestertium.
Martial. Habet Afranius millia, Vide Bud.

Cibus. Teren. vix de dimenso suo. s. cibo. Sic dicimus. diurna
viuit, diuio contentus est. s. cibo. Plaut. Sti. vos memini-
stis quot Calendis petere demensum cibum.

Clitella. Impono tibi, quia tu mihi imposuisti, scilicet, clitellæ.
urbanitatis gratia non exprimitur. Cic. Att. clitellæ bo-
us sunt impostæ. Plaut. Mostell. Sarcinam imponam se-
nti. s. clitellam. Ibidem. Vehit hic clitellas, vehit hic autē

alter

alter senex, & infra: Ego homines habeo elitellarios.
Cic. 2. Natur. Nos onera quibusdam bestijs, nos iuga im-
ponimus.

Horat. 1. Carm. Nanque Diespiter plerumq; per pu- Columa
rum egit equos. Lucan. lib. 1. Fulgura fallaci micuerunt
crebra sereno, scilicet, cælo Horat. lib. 2. sat. 4. Massica
si cælo supponas vina sereno. Liuius. 7. Maced. Nursiæ
sereno; & infra: sereno cælo. Vide Tempus.

In verbis copiae & inopiae (si sit genitiuus) potest in- Copia, vel
E K.
telligi copia, vel more Græco præposito EK. ut eges me
dici. s. copia, vel egestatem, abundas pecuniarum. s. com-
pia: Caesar. 2. ciuil. Quæ res omnium rerum copia com-
pleuit exercitum. Idem lib. 1. Gall. Abundare copia om-
nium rerum, & lib. 8. abundare copia frumenti.

Sueton. August. Conuiuabatur assidue, nec unquam Cœna
nisi recta. Idem Vesp. Sed & conuiuabatur assidue, ac
sepius recta ac dapfite, ut macellarios adiuuaret. Mar-
tial libro. 8. Promissa est nobis sportula, recta data est,
scilicet, cœna. Sueton. Domit. Sportulas ad rectas cœ-
nas redegit.

Ciuica donatus: muralem, & obsidionalem adeptus: Coronâ:
Gramineam ei milites obtulerunt: lauream meruit. s. co-
ronam. Sueton. Iuli. Ius laureæ coronæ. Idem Nero coro-
namq; capite gerens Olympicam, dextra manu Pythiâ.
Plin. libr. 7. Primus omnium eques coronam muralem
acceperat. sex ciuicas. Idem li. 16. cap. 4. Hinc ciuicæ co-
ronæ militum virtutis insigne.

Perstat in proposito, arcanum celat: secretum Cõsiliũ;
custodit. s. consilium. Iuuenal. Si te propositi non-

dum pūdet, atque eadem est mens. s. consilij. Horat. in Odisy. arcana consilia dixit. Val. Max. lib. 2. ca. 1. arcana consilia patrum. Idem lib. 3. cap. vlti. propositum consilium. Hinc dicimus, a secretis. s. consilijs. Sall. Falso queritur genus humanum. s. consilio. Vide iudicio.

Constitu-
tus. Cit. de Senect. Ille vir haud magna in re, sed fidei plenus. Horat. Me libertino patre natum, & in tenui re. s. constitutum.

Criminae. In verbis accusandi aut absoluedi (si genitius reperiatur) deest crimine, ut furti damnatus, repetundarum absoluedus. Barbare vero dicas, accuso te criminis: quia nullum verbum regit genitium. Cicer. pro Ligar. Fue rint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces, sceleris vero crimine, furoris, paricidij liceat Pompeio mortuo, liceat multis alijs carere. Idem. 5. Epistol. Ne vitium arrogantiæ subsequatur. Valer. Max. libro. 2. cap. 1. Qui propter non est dammandus rigoris rustici crimine Cai Mari. Idem libro. 4. cap. 2. Qui incesti crimine a tribus Lentulis accusatus. Ibidem cap. 6. Et diri fati crimine sub magno iudice damnatum. Et libro. 6. cap. 1. crimine impudicitiae damnatus est. Ibidem cap. 5. Filius eius adulterij crimine damnatus. Horat. libro. 2. Sat. 3. An commotæ crimine mentis Absolues hominem & sceleris damnabis eundem? Ouid. 5. Fast. sceleris crimine damnat auos. Martial. libro. 11. Arguimur lentæ crimine pigritiae. Statius. 2. Theb. Nec furibundæ crimine mentis Arguerim. Specialia enim crimina in genitio possunt aptè poni si a generali voce regantur. Scelus autem (ut inepti aliqui disputant) generale no-
men

men non est, ut ex testimonijs citatis colligitur. Nec me mouet illud ad Herenium li. 4. Si quam unius peccati mulierem damnabāt. Nam nomen (peccati) etiam si generale sit ut crimen, adiunctione adiectiui (unius) fit speciale, itaq; deest crimine. Quo etiam modo Lilius lib. 3. dec. dixit: Vnius tantum criminis nisi te vindices. Quo in loco Perionius aut græco more dictum, aut aliquem ablatiuum deesse contendit. Mihi uidetur deesse actione: ut sit nisi te vindices ab actione, siue accusatione vni⁹ criminis.

Cice. 2. de legibus. Quique non paruerit, capital esto. Plaut. Menech. Nunquam Ædopol fugiet, tametsi capital fecerit crimen. Capital etiam erat linteum capitis in sacrificijs. Vide Festum.

Crimen. l.
lin-teum.

Magna est questio inter eruditos de noxa & noxia. Val-la lib. 6. cap. 35. asserit noxam esse damnum, noxiam vero nusquam reperiri. Ego assero noxam esse damnum siue nocumentum, noxiam vero esse nomen adiectiuum, in quo sub intelligitur culpa. Terētius Eunū. Vnam hęc noxiam mitte. Idem Heaut. Magnum hoc quoq; signum est, dominam esse extra noxiam. Idem Phorm. Hic in noxia est, ille ad defendēdā causam adest. ita dicimus nocere noxam. i. dare damnum, non autem, nocere noxiam. Hęc uera differentia est, quicquid dicat Tribonianus, Iuuenal Saty. 4. Rubrius offensa veteris reus, atque tacenda. s. culpa.

Culpa.

Exoletus adiectiuum est, unde exoleti dicuntur cinædi adultiores, qui iam adolere. i. crescere desierunt ut ait Festus. Cic. Sæper exoletos, semper lupas ducebat.

Cinædus.
l. puer.

Virg. 4. Georg. scis Proteu, scis ipse, nec est te fallere

Datum.

cuiquam. s. datum, vel concessum. vide Facultas.

Del.

Per superos & inferos rogatus. s. deos. Horat. carmine Di superi placantur carmine Manes. Idem Me Dijs miscent superis. Idem 4. carm. Dij superi.

Deus.

Per sius: & genuinum frogit in illis. s. dentem. Sic in illis, caninus, maxillaris, molaris, columellaris, de quibus Plin. lib. 11. cap. 37.

Dicto.

Virg. Ocyus huc omnes. Idem, Ocyus incubuere omnes. s. dicto. Idem. Et dicto citius tumida equora placat.

Dies.

Quid. in Fast. Bruma noui prima est, veterisque nouissima solis. s. dies vel lux. Dies enim quia est ambiguum utroque in genere suppletur: ut quarto Idus. tertio Calend. s. die.

Dies.

Virgil. Meus est natalis s. dies. Cicer. Atti. Hec ad te die natali meo scripsi. Idem Bruto. Nam die tuo natali victoria nuntiata. Terent. Phor. ubi erit pucro natalis dies. Errat igitur Vall. lib. 4. cap. 10.

Dies.

Agonales, Apollinares, Fasti, Nefasti. s. dies vide Festa Cic. 1. catil. Dixi, cedem te optimatum contulisse in ante diem V. cal. Nouemb. Idem Attic. lib. 3. de Q. Fratrem nuncij nobis tristes venerunt ex ante diem Non. Iun. & lib. 2. comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem Kal. xv. Nouemb. distulit.

Digitus.

Adagium: Minimo prouocare. s. digito, sic auricularis, annularis, medicus, infamis, Per sius. Infami digito & purgalibus ante saluius.

Domus.

Quid. Regia solis erat sublimibus alta columnis. s. domus. Seneca in Agamen. perlucet omne regie vitium domus.

domus sic basilica. s. domus.

Vxorem duxit. s. domum vel in domum Plaut. *Amul.* Domum volo te vxorem domum ducere. Terent. *Phorm.* Dotem si accipiet, vxor ducenda est domum. Idem *Hecy.* Nunquam se illa viua vxorem ducturum domum.

Liuius. Ego Annibal peto pacem. s. ENS. Priscianus *EN 8a* lib. 18. ca. 1. Est autem quando per ellipsim verbi, vel participij substantiui, huiuscemodi casuum, id est, nominatiui cum obliquis constructio solet proferri, vt, filius Pelei Achilles bellas multos interfecit Troianos. subauditur enim participium verbi substantiui. ENS. quod in vsu nunc nobis non est: pro quo possumus, qui est, vel qui fuit Pelei filius, dicere, vel sub audire, &c. Idem eodem libro ca. de finitiuorum constructione: Græci autem participio vtuntur substantiuo: vt Apollónios ón didáskais? Triphon ón mantháneis? quo nos quoque secundum analogiam possemus vti, nisi vsus deficeret participij frequens: quamuis Cæsar, non incongrue protulit ENS. à verbo sum, es, est, quomodo à verbo possum potes, potens. Idem lib. 5. cap. De casu. Rege Latino pro regnante Latino: quamuis in huiusmodi quoque constructione subauditur participium substantiuum. Hæc Priscianus. Quintil. lib. 8. cap. de ornatu. Multa ex Græco, formata noua, et plurima à Sergio Flauio, quorum dura quedam admodum videtur, vt ENS. ET ESSENTIA que cur tãtopere aspernemur, nihil video, nisi quod iniqui Iudices aduersus nos sumus, ideoq; paupertate sermonis laboramus. Acron autem ait, laudem meruisse philosophum quod hoc sit vsus participio. Hæc illi: Mihi vero pro:

propterea exprimi non videtur, quia facillime possit intelligi: ut, Adsum Troius Aeneas scilicet, vel qui sum, quo modo etiam locutus est Caesar. 2. Ciuil. Carmonenses, quae est longe firmissima totius prouinciae ciuitas. Grammatici nescio quam appositionem, & Euocationem hoc ignorantes finxerunt. Plaut. in Milite obscure dixit: Mirum est te lolio uictitare, tam uili tritico. i. cum triticum ueneat uili: Se euola uero in. l. creditor. §. lucius Titius. ff. mandati, expressit participium sic: Concedo tibi de omnibus meis ut uis negotiari, siue uendere uis, siue pacisci, siue emere, siue quodcumque operari, ut domino entimecorum.

Equus. Ferus, sonipes, cornipes, quadrupes adiectiua sunt, si sola ponantur, equus intelligitur.

Fabula. Terentius Transtulit in Eunuchum suam. f. fabulam. Nam Eunuchus, Ajax, Orestes etiam pro tragedia masculina sunt. Sed frequentius ad nomen generale respicimus. uide Anis.

Fabulz. Horat. Vel qui pretextas, uel qui docueret togatas. Iuuenal. Impune ergo mihi recitauerit ille togatas. sic Atellanatas, palliatas, &c. f. fabulas. l. comedias.

Facem l. cereum. Luce mihi, praeluce nobis. f. facem, uel cereum. Plaut. Casus. si. Primum omnium huic lucebis nouae nuptae facem. Idem Cure. Tute tibi puer es lautus, luces cereum.

Facultas l. Potestas. Quoad eius fieri possit. Eius, inquit Budeus, apud Latinos parecon est. i. abundat. Mihi uidetur deesse facultas uel potestas. quod Graece dicitur Dynamis.

Famulus. In illis à Pedibus, à secretis &c. deest famulus uel seruus. Suet. lib. 1. Philcomonē à manu seruorum: uide Seruus, Laborat

Laborat quartana, tertiana, quotidiana. s. febr. Iuue. Febris.
Sat yr. 4. iam quartana sperantibus egris Cice. 3. Natur.
Vide ne tertianas quidem febres, et quartanas diuinas esse dicendum sit.

Horat. In dictis Latinis. s. ferijs. sic Furinales, Laurentina, Tarentina, sementina, paganica, conceptiue, nundinae, statuae. Varro, Latinae feriae, dies conceptiuus, Idem lib. 1. Rust. cap. 2. Sementinis ferijs Cic. 1. Natur. Nam cum ferijs Latinis ad eum venissem. Ferias esuriales dixit Plautus in Cas pro ieiunio.

Accalia, Agonia, vel agonalia, Augeronalia, Carmen Festalia, Cerealia, Compitalia, Consualia, Equiria, Feralia, Fontinalia, Fordicidia, Fornacalia, Furinalia, Laurentalia, Liberalia, Lupercalia, Matralia: Meditrinalia, Megalia, Neptunalia, opalia, Paganalia, Palilia uel Parilia, Portunalia, Quirinalia, Robigalia, Saturnalia, Terminalia, Vestalia, vinalia, volcanicalia, volturnalia, vide Dies.

Terent. Phorm. Pro Deum immortalium. Vbi Donatus ellipsin esse, et fidem vel simile aliquid desiderari ait. Cic. in economico. Quid igitur, pro Deum immortalium, primum eam docebas quae sit Terent. Pro Deum atque hominum fidem.

Terent. Modos fecit Flaccus Claudij. s. filius. Sic Tullius. vel Tullia Cicronis. vide Vxor.

Virg. Sulphurea Nar albus aqua. s. fluius. Nar enim neutrum est, quia indeclinabile. Cic. Lacus velinus in Nar defluit Sic cum dicimus Albula magnus, formosus Tullia ripis, altus Sequana, deest fluius vel amnis Virg. lib. 11. Amnis. et Aarucac reiro fugit Aufidus vndas, Linius

uius lib. 1. Tiberium fluuium & lib. 4. Tiberi amne sep-
tus. Idem ad Rhodanum fluuium. Idem ad Eurotam am-
nem. Curtius lib. 3. Pyramum amnem transire. ibid. in tri-
pa Pyrami amnis, Vide Auis.

Finis.

Virg. Hac Troiana tenuis fuerit fortuna secuta. s. fi-
ni. Nam finis etiam fœmentinum est ut sæpe apud Lucre-
tium inuenias. Virg. Hæc finis Priami fœtorum. Idem
aut qua sine sequar. Sic eatenus, quatenus, hæcenus. i. te-
nus hæc fine vel via. Vide Festum in Quatenus. Gellius
lib. 1. capit. 3. Minime dicitur quatenus, quaque fini dari
amicitiæ venia debeat. Idem referens Chilonis sententiã.
Hæc, inquit, fini ames, tanquam forte fortuna osurus hæc
itidem tenuis oderis, tanquam fortasse post amaturus.
vide Via.

Fœmina.

Pregnans adiectiuum est: ut *pregnas arbor*: & fo-
lia *pregnantia*, apud Plinium: & *pregnas Iouis cere-
brum*. Si absolute profertur, deest fœmina Plaut. Que
nunquam fuit *pregnas*, qui parere potuit?

Fœmina

l. mas,

Boues *meas*, canes *gravidas* cum legimus, ne credamus
Grammaticis, qui nomina communia duobus maxima
cum ignorantia sunt commenti, sed subintelligamus fœ-
minas: aut ad syllepsin generis recurramus: ut, scelus qui
me perdidit. Res sic se habet. Quoties in nominibus epi-
cœnis aliud volebant intelligere, quam terminatio ipsa
præfinit, addebant *mas*, aut fœmina verbi gratia: aquila
fœmineum est pro maribus & fœminis, sed si de mari-
bus loquaris, dicendum erit aquila *mares*. Rursus coruus
masculinum tantum est pro utroque sexu, at de fœmi-
na dices, *coruus fœmina*. Epicoena uoco quæcunque sub

vno

uno sine significant utrunque sexum, sed unum præcipue: ut homo, latro, sacerdos, vates, antistes, miles, agricola, bos, canis, sus, grus, &c. Homerus. 6. Iliad. BOYN ARSENA. i. bouem marem dixit. Theocritus. THOAS HYPOYS. i. equos velocissimas. Liuius libro. 5. deca. 3. Apollini boue aurato, Latone boue foemina aurata sacra Græco ritu facerent. Plin. libro. 8. capit. 46. Foemina bos semel ei anno ostenditur, suis & ipsa insignibus. Idem libro. 11. capit. 51. Bubus tantum foeminis vox grauior. Ibid. capit. 37. Itaque quum apri percutiunt, foeminae sues mordent. Varro libro. 2. capit. 1. Rust. Foeminis bubus demitur cibus. Iustinus libro. 1. Anuenit iuxta infantem canem foeminam paruulo vbera præbentem, & à feris & alitibus defendentem. Motus etiam ipse misericordia, qua motam ipsam canem viderat, puerum desert ad stabulum, eadem cane anxie prosequente. Plin. libr. 28. capit. 15. Foeminae suis. Gellius libro. 13. capite. 19. Sacerdotes quoque foeminas Cicero antistitas dicit. Plaut. Persa. Qui Atticam hodie ciuitatem maiorem feci atque auxi ciui foemina. Plin. libro. 9. capit. 51. Polyplus foemina libro. 10. capi. 18. piscis foemina. Oui. cum quo sua gaudia iungat, Inuenit in media foemina piscis aqua. Plin. lib. 10. capit. 18. Palumbes incubat foemina. Macrob. libro. 1. capit. 17. Saturn. ut Græco ritu bisce hostijs sacrum faceret, Apollini boue aurato, Latone boue foemina aurata. Sues foeminae quomodo castrentur docet Plin. libr. 8. cap. 51. Columella lib. 7. cap. 9. Foemina sus habetur ad partus edendos. Plin. lib. 8. capit. 32.

Quasdam nos principes foeminas scimus. Plinius in epistolis. Habebat illa Pantomimos, fouebatque effusius, quam principi foeminae conueniret. Plin. lib. 10. capi. 60. Cornicem incubantem mas pascit. Ibid. cap. 33. de perdicibus, Tunc inter se dimicant mares desiderio foeminarum. Idem. Aquilarum mares. Antiquitus multa fuerunt epicæna nomina: ut porcus, lupus, agnus, ovis, leo: nondum enim in usu erant porca, lupa, agna, leena, anti-stita, clienta, hospita, dracena & alia id genus. Vnde Varro dixit lupum foeminam teste Quintil. lib. 1. capit. 6 & Cato cap. 134. Rust. Priusquam porcum foeminam immo labis. Cic. 2. leg. porco foemina piaculum pati. Virgilius (ut sentit Quintilianus lib. 8. capi. 3.) primus dixit porca in illo carmine: Et caesa iungebant foedera porca. Gel. lib. 4. capit. 3. citat hanc legem Numæ. Iunoni crinibus dimissis agnum foeminam cedito. Cic. lib. 2. de Diuin. Ego tamen miror si emissio foeminae anguis mortem afferebat Graccho, emissio autem maris anguis erat mortifera Cornelie. Varro lib. 4. Analog. Quum oui mari testiculi deti, quia natura versa, ueruec declinatus. Ex his collige in similibus nominibus debere intelligi marem vel foeminam, si sit adiectiuum contra terminationem: ut elephantus grauida: boues meas: & cum Plinius de muribus dixit: Ex una genitos ceterum viginti tradiderunt. Sic igitur intelligendus Suetonius in Claud. 40. Inducta teste in senatu: Hæc, inquit, matris meæ liberta & ornatrix fuit. Sic etiam Virgil. Ne sœui magna sacerdos: & Amphrissia vates: sic Ouid. in epistolis. Et rudis ad partus, & noua miles eram.

Est germanus meus, est patruelis tuus: est germana mea, & tua patruelis. *f. frater. vel soror.* Terent. And. si te in germani fratris dilexi loco. Cicero saepe dicit fratres patruelles, & sorores patruelles. Martial. patruelles fundi. Ouid. patruelia regna. Sic uterini, & cōsanguinci.

Virgil. duris parere lupatis. *f. frenis.* Hora. libr. 1. ca. 7. lupata frena. *ibi.* Gallica nec lupatis tēperet ora frenis. Solin^o dixit lupatos. *f. frenos.* Nā masculine etiā dicitur.

Vrere sata. *f. frumenta.* Virg. 3. Georg. Sata frumēta. Idem, satas messes. Pomp. Mela lib. 3. ca. 9. pro satis frugibus.

Iusta persolvere. *f. funera.* Cesar lib. 6. Gallico cap. 4. Iustis funeribus confectis. Cornel. Tacitus; suprema facere.

Iuuenal. duros tractare rudentes. *f. funes.* Plaut. Dum hanc tibi rudentē, quā trahis, cōplico. *f. funē.* Nam funis ambiguum fuit, & rudens participium est a rudo is.

Plinius lib. ultimo ca. 10. innumera nomina in As & Es. Græca & in Os. & ON. facit sceminina. sed intelligitur gemma. ut Adamas. Achates. Paneros. Morion. Mitrax. Idem facit in arboribus & herbis.

Terent. Eun. Vel rex semper maximas mihi agebat, quicquid feceram, alijs non item. *f. gratias.* Idē. Magnas vero agere gratias Thais mihi.

Plin. Distannum pota sagittas pellit. Idem lib. 26. c. 6 Centunculus trita in aceto. Ibid. cap. 7. Centaurium, gentiana ex aqua pota. Idem Lauer quoque nascens in rivis condita & pota. Idem. inuenerunt & canes. Canariam. *f. herbam vide Aus.*

- Homo.** Nemo nos videt. s. homo. Nemo enim adiectiuum est. Ter. Nemo homo est. Cic. Tuscul. Hominem quidem scire arbitror neminem. Idem ad Marcell. lib. 15. Esse hominem, qui ignorat, arbitror neminem. Idem Attico. li. 8. Neminem omnium hominum pluris facio. s. hominem. Plaut. Cass. vicinam neminem ego amo merito magis quam te. Dicimus, nemo rex, nemo Deus: & nemo dies apud Prudentium. nemo non. i. omnis. Cic. de Natur. Nemo nec homo nec Deus. & ad Heren. Nemo rex. Vi. Turne, quod optanti Diuum promittere nemo Auderet & c.
- Homo,** In omni adiectiuo masculino absolute posito deest homo, ut tu es miser, ego sum saluus. Petrus est albus. Cicero est Romanus. Terē. Adolph. homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi. Lucan. lib. 2. Hic finis Mario vitæ fuit & cæ. Mensoq; homini quid facta pararent. Cic. pro Archia. Ex hoc esse hunc numero diuinum hominem Africanum. Vide supra idem nomen: Idem in Oratore. An victus hominum Atheniensium beneficio ex coli potuit, oratio non potuit.
- Homo,** Meccenas, Sutrinus, Arpinus, nostras, adiectiua sunt facta ex Atis & ate. ut hic & hæc nostratis & hoc nostrate si absolute dicantur: deest homo: ut L. Cilnius fuit Meccenas. Vide Varronem lib. 1. Analog. in calce.
- Homo.** Amicus, familiaris, necessarius, liber, seruus, tabellarius, nuncius, socius, maritus, riuialis, & multa huiusmodi semper adiectiua sunt. deest homo. Ciccr. Nihil homine libero dignius. Iuuenal. Tu tibi liber homo, & regis conuiuia videris. Terent. Homo amicus est. Idem hominem

hominem amicum recipere ad te. Idem, seruum hominem causas orare leges non sinunt. Legimus famulos greges, et famulas manus dixit Alciat. in emblem. vide Vir vel Homo.

Magnates, optimates, maiores, minores, ceteri, mortales. s. homines; item Brutij, Itali, Hispani, Casar Albi cos barbaros homines.

Homines;

In verbis ad famam pertinentibus notum est deesse homines: ut aiunt, ferunt, predicant: sed quia Grammatici negant alia verba poni posse in actiua sine supposito, sed statim recurrendum ad passiuam: ut bellum geritur: contrarium adferamus. Iuuenal. Saty. 1. Intra comedunt patrimonia mensa. Cur. libr. 4. Sed cum fornacibus ferrum, quod excudi oportebat, impositum esset, admo-
tisque solibus ignem flatu accenderent, sanguinis riuus sub ipsis flammis extitisse dicuntur. Et infra. Apud Macedonas quoque, cum forte panem quidem militum frangeret, manantis sanguinis guttas notauerunt. Ibid. Totas autem arbores cum ingentibus ramis in altum iaciebant, deinde saxis onerabant, rursus cumulo eorum alias arbores ini-

Homines;

Homines;

Homines;

Homines;

Homines;

Homines;

Tunc credo cum me robustum videre Miconis.
Atque mala vites incidere falce nouellas.

Et. 4. Georgicorū. Huic angustiq; imbrice tecti
Parietibusq; premunt actis: et quatuor addunt

Quatuor à ventis obliqua luce fenestras.
Sic positum in clauso linquunt & ramea costis subij-
ciunt fragmenta. Et in sacris: stulte hac nocte repetent
à te animam tuam.

Homo. Adolescens. & iuuenis adiectiua sunt, deest homo vel
mulier. Cic. 1. Ora. Adolescentes homines. Teren. Hecyr.
Adolescens mulier fecit, mater quod suasit sua. Ouid. 7.
Meta. Iuuenes annos. Pers. saty. 6. iuuenes iocos.

Hora. Horat. Ad quartam iaceo. s. horam. Idem Quota Pe-
lignis caream frigoribus: sic dicimus, sonuit prima, ter-
tia, nona. Et Ecclesiastici, ad primam, ad tertiam.

**Horolo-
gium.** Cic. pro Quint. Non ad solarium, non in campo, non
in conuiujs versatus est. s. horologium. Plini. lib. 7. capi.
60. Romanis solarium horologium statuisse.

Iaculum. Virg. Misilibus certant. s. iaculis. Misilia etiam di-
cebantur munera quæ à principibus populo spargeban-
tur: ut tesserae frumentariae, vestis, aurum, argentum,
gemma, margaritæ. sed tunc deest negotia. i. res misiles.
Sueton. Calig. sparsit & misilia variarum rerum.

**Iactura. l.
nomine.** Cicer. in Topicis. si quis damni infecti promiserit. Bri-
sonius supplet nomine vel causa: ego dicerem deesse iac-
turam.

Idem. Plin. Equo fere qui homini morbi. Idem: Tarando ma-
gnitudo quæ leoni pro, eadem quæ leoni.

**Idem. l. vi
cem.** Iuuen. Semper ego auditor tantum, nunquam ne re-
ponam. s. idem. vel vicem. i. vicem reddam Cic. Nec tibi
ego idem reponam.

Ilia. Dolent intestina. s. ilia: si inueniatur intestinus, deest
ileos masculinũ. Lapine conuoluulus. Hispanè torzon.
signifi-

significat etiam gracile intestinum. Potest & intelligi colun, quod idem est.

Valla lib. 3. ca. 14. Potiri rerum in genitivo dici affirmat: cum alijs nominibus in ablativo, ut potiri victoria, dupliciter fallitur. Nam & alios genitivos admittit, ut potitus Asiae, Galliae, & Aetherialis potiretur apud Sallust. & ille genitivus non à verbo, sed à nomine pendet, s. imperio. Vidit hoc Ascensius in epitome eiusdem capituli. Caesar. 1. Gall. Totius Galliae sese potiri posse sperat, & paulo ante, Totius Galliae imperio potiri.

Delphica Delos, Phaebea Rhodos, s. insula. Nam quomuis Delos ex terminatione possit esse femininum, libentius tamē adiectivū respicit nomen generale. Virg. Est in conspectu Tenedos notissimū fama insula Plant. Bud. Totam Siciliam deuoraturum insulam. Vide urbs.

Quo tendis, Quo pergis, s. iter. Lucan. Quo tenditis inquit. Virg. Tendit iter velis. Sallust. Maturare iter pergere. Valer. Flaccus lib. 4. Pergere iter.

Cic. Attico. Nos in castra properabamus, quae aberant tridui, s. itinere vel via. Idem 12. epistol. Nunciatum esse quatridui iter à Laodicea abfuisse. Idem Planco. quum abesset aliquot dierum viam, idem 10. epist. Bidui spacio abest ab eo. Caesar. Cum tridui viam processissent, Idem libro. 6. Nam longius bidui via aberant. Idem 2. Ciuil. Biduique iter progressus. Linius libro. 30. Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest.

Mittere in consilium (inquit Asconius) est perorare. Nam mittere iudices in consilium, est dimittere iudices ad sententiam dicendam, ubi allegatis omnibus

argumentis: orator dixit: Dixi. Cicer. 3. Veri. Testi-
bus editis, ita mittam in consiliū; ut etiam &c.

Valer. Max. expressit lib. 6. ca. 2. Tam de duo prius, quam
de Manlij capite in consiliū iudices mittam.

Judicio. l.
Iure.

Sallust. Falso queritur genus huiusmodi. Iudicio, Te-
rent. Sororem falso creditam &c. Cicer. pro Balbo, Pom-
peij de re rem iudicium de consilij sententia pronunciat
re cognoscimus. Aduerbia in O. debent omnino corrip-
ti, ut in a. adfectiva sunt nomina. ut imo. crebro, cito: sero.
Cicer. pro Miercello: quod ei quidem meriti, atq; optimo
iure conigit.

Lapis.

Quid. 3. Metam. Dextraq; molarē sustulit, si lapidē.
Statius illi. 5. Vasteq; sudēs, fractiq; molares. Vide. Deus.

Laudem.

Cur mihi detrahis. Laudem. C. Nec vera huius ei de-
tracta. Horat. Neque ego illi detrabere ausim. Horentem
capiti nulla cum laude coronam.

Libro.

Cic. Att. scriptum est in tuo annali libro. Virg. Et
vacet annales nostrorum audire laborum. Dicitur etiam
lex annalis & annate tempus.

Libro.

Diurnus aliquando accipitur pro libro in quo singu-
lorum dierum rationes notantur. Inuicem dicitur. Et ce-
dens longi relegit transacta diurni. Suet. in Clau. Extat
talis scriptura in plerisque libris, ac diurnis titulisque
operum. Vide. Cibus.

Libelli.

Pugillaris adiectiuum est, ut Vitellianteborei, & ceteri,
duplices, triplices, libelli. Vide. Tabella.

Libra.

Falluntur Grammatici, qui credunt Pondo significa-
re libram. imo vero ubi est pondo, deest libra: ut si dicat.
corona centum pondo, aut mille pondo. deest librarum.

Nam

Nam Romanis duplex erat *libra* (ut Galenus ait *libra*.
 & *libro*. 6. de compositione medicamentorum) altera pō-
 deralis, mensuralis altera. Quam igitur ponderalem in-
 dicabant, addebant pondo: quam mensuralem, mensura.
 Linius lib. 4. dec. 1. Dictator coronam auream libris pōn-
 do ex publica pecunia populi iussu in Capitolio Ioui do-
 num posuit. Idem libro. 6. dec. 3. Patere aurea fuerunt
 CCLXXVI. librales ferre omnes pondo. Plaut. Pseud.
 Eo la serpicij libram pondo diluunt. Idem. Rud. nec pi-
 scium libram unam iam hodie pondo acpi. Idē. Menēch.
 Huic addas aurri pondo vnciam.

In illis vocalis: consona, mat̄a, liquida, deest *litera*.

Vide *Anis*.

Cice. Att. Et paulo post triplices remiseras, *literas*.

Idem. Nam triduo abs te nullas acceperam. Idem. accepe-
 ram autem a Lentuli triumpho datas. Tacitus in vita A-
 gricolae. Ne laureatis quidem gesta profectus est. *litte-
 ris* sic & duplices, triplices. Vide *Tabella*.

Linius libro. 1. Et castris in apertis positus, *locis*.
 Plaut. hic senex de proximo. Virg. compulerantq; gre-
 ges Corydon & Tyrsis in unum. Idem. 3. Georg. exsi-
 lit in siccum. & 4. Sic positum in clauso linquit. Plaut.
 Mostell. Ab humili ad summum. Plaut. Aulul. Nam com-
 presit eam adolescens de summo loco. Valer. Max. lib. 3.
 in desertum locum. Iuuenal. Saty. 5. Primo, si ge loco, sic
 dicimus. Primo, secundo, quarto, quae Grammatici in-
 pte aduerbia vocant. Vide. Sermo. spatium.

Auerna, *supera*, *infera*, *inferna*, *secreta*, *rosaria*, *pa-
 maria*, *tesca*, *aestiva*, *hiberna*, adiectiua sunt: deest *loca*.

Actius apud Varronē: Quis tu es mortalis, qui in deserta
& tescā te apportes loca? Supera loca dixit Varrō.

Locum.

Cede maiori: concede præceptori, decede calori: tu mi
hi succedes. s. locum. Virg. in Bucol. Nec serā meminit
decedere nocti. Ci. Decedere furori tribunitio. Stautius.
Hortantur, cedunt q̄s locum. Cice. 2. Nat. Deor. Videtur
quasi locū dare, & cedere. Idē: in dādo & cedendo loco.
Hinc forte Iuuenalis Sat. 3. Hic ubi nocturnæ Numa con
stituebat amice. Idem. Sat. 6. Nam si constituit. i. si ve
nire ad constitutum locum decreuit.

Ludi.

Vir. Magnis Circēsisibus actis. s. ludis. sic Megalesijs, se
cularibus, funebribus, Vide Sacra.

Macerat⁹.

Terent. Eun. Quo pacto ex iure besterno panē atrum
vorent, Donatus supplet maceratum, vel emollitum, vel
madidum. Frequens est hic loquendi modus apud Plin. &
Cornelium Celsum: vt, radix ex aceto, offa ex vino.

Magnus.

Horat. Ibis Liburnis inter alta nauium Amice pro
pugnacula. Amice magne. Curius ad Cic. sed amice mag
ne noli hanc epistolam Attico ostendere. Iuuenal. Magni
delator amici. Idem: Calcas coniugis urinam magnos vi
surus amicos. Vide Turneb. lib. 2. cap. 24. Aduersar.

Malum.

Vitandi omnis causa multa subdicebant antiqui: è
quibus illa sunt præcipua: Caue tibi, timeo tibi, metuo
à te, de te; pro te. s. malum, vel damnium, vel incom
modum. Plaut. Mostell. Libet cauere malam rem. Ibid.
Tamen malum metuunt. Cice. i. Orat. Quam sit bellum
cauere malum. Alij etiam accusatiui frequenter adhiben
tur. Ridiculi sunt Grammatici qui hæc verba nunc a
ctiua, nunc neutra faciunt; & multarum (vt vocant)
specierum.

specierum. Ineptit igitur Valla libro 3. cap. 45.

Dextra sinistra, laeva adiectiua sunt, scilicet manus. **Manus.**
Catuli. Non belle vteris manu sinistra. Cic. Cum laeuā
manum admoueret. Plaut. Menec. Demam hanc coro-
nam, atq; abijciam ad leuam manū. Suet. Nerone. Dex-
tra manu Pythiam. Vide Pars.

Adagium. In tranquillo est, & , Tranquillo quilibet **Mare, vel**
gubernator esse potest. s. mari. Virg. Terris iactatus & **æquor.**
alto. Idem. Et coerulea verrunt. Plaut. cistell. Tranquillo
mari. Georg. 4. Et se iactu dedit æquor in altum.

Plin. lib. 10. Cuniculis auersa genitalia. Idem Vulpis **Membrū:**
mascule genitale. s. membrum. Ouid. 2. Amorum eleg. 3.
Qui primus pueris genitalia membra recidit.

Nomina mensium faciunt Grammatici masculina, **Mensis.**
sed falso, adiectiua enim sunt. deest mensis. Idem sentit
Valla in Raudensem. Sed accipe testimonia. Cic. Atti-
co, venio nunc ad mensem Ianuariū. Martial. libr. 12. **Januarius**
Iani mēse. Horat. Qui dies mēsem findit Aprilē. Ad 3.
Mense Maio nubūt male. Iunius dictus quasi Iunonius.
Varro. Fanum Fortunæ dedicauit Iunio mense. Martial
lib. 12. 32. O Iuliarum dedecus Kalendarum. Idem lib. 6.
59. Mense vel Augusto. Idem lib. 10. 87. Octobres age
sentiat Kalendas. Horat. 1. Epist. Sextili mense caninus.
Idem Septembribus horis. Cic. Atti. lib. 6. ibi quum Iu-
nium mensē consumsissim. Ibidem lib. 1. mense Septem-
bri. Varro, cuius ferie Octobri mense. Adag. October
equus, apud Festum, Cicero. Nauiges de mense Decembri.
Horat. Age libertate Decembri Vtere. Idem. 3. carm.
Quum tibi Nonæ redeunt Decembres.

Mensi:

Pendo animi, discrutior animi, infelix animi, Budens
asserit Græcas esse formas: quod ego non infitiarer, si il-
le fateretur deesse prepositionem ΕΚ, quæ genitiuum
regit. Sed placet potius ad antiquam consuetudinem re-
currere, quæ duo hæc nomina Mens & Animus copula-
bat ut, discrutior, mentem vel mente animi. Catullus ad
Ortalem. Nec potis est dulcis Musarum exprimere fec-
tus Mens animi. Plaut. Cistell. Nullam mentem animi
habeo, ubi sum, ibi non sum, ubi non sum ibi est animus.
Idem Epid. Pauor territat mentem animi. Læcret. lib. 3.
Denique cur animi nunquam mens consiliumq; Gigni-
tur in capite. Idem lib. 4. Nec ratione alia & cum somnus
membra profudit, Mens animi vigilat. Idem libro. 5. Ani-
mi vix mente videmas. Idem libro. 6. Perturbata animi
mens in mœrore metuq; Virgil. 4. Aeneid. isque amens
animi, scilicet, mentem vel ΕΚ.

**Mensa, vel
tripus.**

Martial. libro. 12. Argentum atque aurum non sim-
plex Delphica portat. Politianus in Rustico. Nec Man-
rustiacos pulchræ testitudinis orbis Delphica sustentat,
scilicet, mensa. Valer. Max. libro. 4. cap. 1. Extracta
deinde magni ponderis aurea Delphica mensa. Cicér.
Verr. 6. Mensas Delphicas è marmore, crateres ex ære
puleherrimos abstulit.

**Mentio,
vel recor-
datio.**

Cic. Quum illius diei venit in mentem: s. mentio vel
recordatio. Valla. libro. 1. cap. 15. sic ait: ubi quidam
volunt accipi genitiuum pro nominatiuo: mihi potius
placet subintelligi conditio, status, qualitas illius diei.
Hæc ille. Sed melius intelligitur recordatio vel memo-
ria. Huc refer omnia verba memoria: ut meminî, recor-
dor,

dor, obliuiscor, si genitium habent, ut memini tuorum consiliorū. s. recordationē, vel Græco more deest E K.

Trita sunt illa. Altus septem pedū, decē pedū profundus. s. mensura. Lentulus in Epist. Cic. Naues onerarias, quarum minor nulla erat diuini millium amphorarum.

Tretarij, hastati, pilati, lancearij, sagittarij, ferentarij, peltati, cetrati, &c. s. milites.

Horat. Sat. 1. 1. Nulla frumenti tua trititerit area centum. s. modium: medinorum supplet Porphyrio.

Iuuenal. Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni, scilicet, mortem. Virgil. Quis ante ora patrum contigit oppetere, scilicet, mortem. Terent. Ea obijt mortem. Cic. pro Mil. Primum illud vulnus accepit, quo te terrimam mortem obiret. Virg. Morte obita. Cic. 1. Diuinat. Equus esse censuit, se matrem oppetere mortem, quam, &c. Idem. 1. offic. Ajax tradit ut milles mortem in diuise oppetere, quam, &c.

Altus offit, p. x. altus. Ida, igniuomus. Aena. s. m. b. n. Item Auentinus, Palatinus, Quirinalis, Viminalis, Cæstus. Ida dixit Ouidius secutus terminationem. & Lucan. lib. 1. Sicula Aetne ora.

Terent. And. Optime hastis pol. Crito antiquum obtines, ubi Donatus per Elypsin supplet morum vel ingenium. Plaut. Mostell. Antiquum obtines, hoc tantum, tardus ubi s. ingeniam. Terenti Heey. At tu Ecce morum antiquum atque ingenium obtines. Idem. Eunu. Non cognosco vestrum tantum superbum. Vbi Donatus: sub audiamus vel ingenium, vel animū, vel morem, vel institutum.

Terent. And. Optime hastis pol. Crito antiquum obtines, ubi Donatus per Elypsin supplet morum vel ingenium. Plaut. Mostell. Antiquum obtines, hoc tantum, tardus ubi s. ingeniam. Terenti Heey. At tu Ecce morum antiquum atque ingenium obtines. Idem. Eunu. Non cognosco vestrum tantum superbum. Vbi Donatus: sub audiamus vel ingenium, vel animū, vel morem, vel institutum.

Terent. And. Optime hastis pol. Crito antiquum obtines, ubi Donatus per Elypsin supplet morum vel ingenium. Plaut. Mostell. Antiquum obtines, hoc tantum, tardus ubi s. ingeniam. Terenti Heey. At tu Ecce morum antiquum atque ingenium obtines. Idem. Eunu. Non cognosco vestrum tantum superbum. Vbi Donatus: sub audiamus vel ingenium, vel animū, vel morem, vel institutum.

Terent. And. Optime hastis pol. Crito antiquum obtines, ubi Donatus per Elypsin supplet morum vel ingenium. Plaut. Mostell. Antiquum obtines, hoc tantum, tardus ubi s. ingeniam. Terenti Heey. At tu Ecce morum antiquum atque ingenium obtines. Idem. Eunu. Non cognosco vestrum tantum superbum. Vbi Donatus: sub audiamus vel ingenium, vel animū, vel morem, vel institutum.

Terent. And. Optime hastis pol. Crito antiquum obtines, ubi Donatus per Elypsin supplet morum vel ingenium. Plaut. Mostell. Antiquum obtines, hoc tantum, tardus ubi s. ingeniam. Terenti Heey. At tu Ecce morum antiquum atque ingenium obtines. Idem. Eunu. Non cognosco vestrum tantum superbum. Vbi Donatus: sub audiamus vel ingenium, vel animū, vel morem, vel institutum.

Terent. And. Optime hastis pol. Crito antiquum obtines, ubi Donatus per Elypsin supplet morum vel ingenium. Plaut. Mostell. Antiquum obtines, hoc tantum, tardus ubi s. ingeniam. Terenti Heey. At tu Ecce morum antiquum atque ingenium obtines. Idem. Eunu. Non cognosco vestrum tantum superbum. Vbi Donatus: sub audiamus vel ingenium, vel animū, vel morem, vel institutum.

Terent. And. Optime hastis pol. Crito antiquum obtines, ubi Donatus per Elypsin supplet morum vel ingenium. Plaut. Mostell. Antiquum obtines, hoc tantum, tardus ubi s. ingeniam. Terenti Heey. At tu Ecce morum antiquum atque ingenium obtines. Idem. Eunu. Non cognosco vestrum tantum superbum. Vbi Donatus: sub audiamus vel ingenium, vel animū, vel morem, vel institutum.

Virgil. 5.

Mensura

Milites

Modium

Mortem

Mons

Morē, vel ingenium

Nauis. Virgil. 5. *Aeneid.* Centauro inuehitur magna. s. nauis. Vide *Auis*.

Nauis. Plaut. *Asinar.* Quo hanc celocem conferam? s. nauem. Celox enim à celeritate adiectiuum est. Plaut. *Pæmulo*: obsecro hercle operam celocem hanc mihi date. *Varro*: *Nautæ remuagam mouent celocem.* *Apuleius*, Qui celocem regere nequit, onerariam petit. *Liuius lib. 7. Decad. 4.* Naues quinquereemes celoces. *Ibidem.* Naues longæ. 160. celoces. 12. Huc adde *Liburnicas*, *prætorias*, *rostratas*, *triremes*, *quadriremes.* *Cæsar. 2. Ciuil.* Conspicatæq; naues triremes duæ nauem *D. Bruti.* Idem. 3. *ciuil.* Nauesq; triremes duas, quas *Brundusij* faciendæ curauerat. *Horat.* *Ibis Liburnis inter alta nauium.* s. nauibus, & *lib. 1. Oda. 37.* *Deliberata morte ferocior: seuis Liburnis scilicet inuidens deduci,* &c. sic enim legunt *Victorius* & *Lambinus.* s. nauibus.

Nauem. Solut è portu, conscendit statim, appulit ad portum, scilicet, nauem. Plaut. *Mercat.* confestim nauim soluiamus. *Iuuenal. Saty. 6.* Durum est conscendere nauim. *Ci.* Haberetq; in animo nauem conscendere. *Cæsar. 1. ciuil.* Milites silentio naues conscendere iubet. *Val. Maxim. lib. 1. cap. 7.* Quum ad litus nauem appulisset. *Ouid.* *Certhus es* *Aneas* cum fœdere soluere naues.

Negotiû. Negotium sepiissime idem est quod Res, Græcè PRAGMA siue CHREMA. Græcè & Latine desideratur in omni neutrali adiectiuo. *Virg.* Paruoq; potentem *Fabricium.* *Terent.* Aliena ut cures. *Cic. 4. Verr.* A quo mea longissime ratio, &c. Vbi *Asconius.* A quo, à qua re, à quo negotio. *Terent. Adelph. act. 3.* Utinam hoc

hoc sit modo defunctum. Vbi Donatus supplet Nego-
tium. Valer. Max. Leta quidem & prospera negotia.
Cic. libro. 15. Epist. 1. Ad tanti belli opinionem, quod ego
negotium, &c. Plaut. Casina. Timeo hoc negotium. Ho-
ra. 2. ferm. Aliena negotia curo, Excussus proprijs. Idē.
Fortuna sēuo leta negotio. Cic. Att. Maguum negotiū
est nauigare. Val. Max. lib. 3. c. 7. Vt de frumento emen-
do, atq; ad id negotium explicandum. Sic dixit Cic. lib.
12. ad Att. Vnam rem ad me scripsisti. Sic Triste lupus
stabilis: malum videtur esse mors: tua refert: nostra non
interest. s. negotia. Sic strata viarum, abdita rerum, opa
ca domorum, pessima numerum.

Deest & in neutrali relatiuo: vt, Virga tua & bacu- **Negotiū.**
lus tuus ipsa me consolata sunt. Item Lunam & Stellas,
que tu fundasti. Nec in hac parte audiendi sunt Gram-
matici cum sua inepta syllepsi. Terent. Qui habet sa-
lem, quod in te est. s. negotium. Vide Syllepsin.

In illis que vulgo vocantur aduerbia cōparatiua: vt, **Negotiū.**
melius, peius, breuius, doctius, &c. s. negotiū: vt Doctius
scribit Cicero quam Cato. i. **KATA** doctius negotiū.
Hoc apud Grecos vulgare est. Vide Hellenismum.

Non est quod agas gratias. i. non est negotium ob **Negotiū.**
quod agas gratias. Nam dictio (quod) ubiq; locorum est
relatiua: vt, quod scribis de pecunijs, parata sunt. a. Re-
spondeo ad illud negotium, quod scribis de pecunijs. Ita
Tho. Linacer. Plau. Paucis est quod te volo. s. negotiū.

Quid rerum portas? s. negotium. Falsum enim est **Negotiū.**
quod aiunt quid, id, aliquid esse substantina, regereque
genitiuum, nam adiectiua sunt. & genitiuus regitur a
nomine

nomine subintellecto negotium, etiam si dicas: quid negotium negotij. Et esse adiectiua multa probant testimonia, sed accipe pauca. Plaut. Pseud. Sed quid est tibi nomen? Terent. Nam Andrie illi id erat nomen. Valer. Maxim. libro. 4. Nullo ad id negotium accedente. Terent. Imo id genus hominum est pessimum. Valer. Max. libro. 4. cap. 1. Non fore ut postea id officium ab illis praestari possit.

Negotiū.

Moris est, pessimi exempli est, non opis est nostrae. s. negotium, ita est. s. negotium. Plaut. Mil. Ita negotium est. Vide Res.

Negotiū.

Horat. est, ut viro vir latius ordinet arbuta. Idem. Non est, ut copia maior Ab Ioue donari possit tibi. Terent. Adelph. Si est, facturus ut sit officium suū. Idem. Hecy. Nam sepe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est. Idē Phorm. Sin est, ut velis illam manere apud te. s. negotium.

Negotiū
loco in-
niti.

In participijs neutralibus deest negotium. i. infinitum ipsius verbi: ut, lectum est, legendum erit. i. hoc negotium quod est legere, lectum est. vide supra in Regulis generalibus.

Nūcium.

Renunciare vitæ. s. nuntium. Sueton. Galba. 11. Non multum absuit: quin vitæ renunciaret. Quintilia. Mea quidem sententia civilibus officijs renunciabit. s. nuntium, vel repudium. Plaut. Aulul. Is me nunc renunciare repudium iussit tibi. Aencid. 11. sed gnato manes perferre sub imos. s. nuntium.

Numerus.

Cic. Curio lib. 7. Sed eo vidisti multum, quod praefuisti quo ne plaris crederem. i. numerum quo numero ne,

Et C. Liuius lib. 4. Dec. 4. cautum erat, quo ne plus auri
 & argenti facti, quo ne plus signati & aeris domi habe-
 remus. Suetonius in Iulio. 10. Cautum est de numero gla-
 diatorum quo ne maiorem cuiquam habere Romae liceret.

Quaternarius, quinaris, denarius, adiectiua sunt
 Charisio, in quibus ait deesse numus: aliquando intelli-
 tur numerus.

Numus,
 vel nume-
 rus.

Anellana, Basiliica, Iuglans, Pineae, Persica. s. nux.
 Virg. Castaneasq; nuces. Plin. lib. 15. ca. 22. Nuces iugla-
 des, quae & regiae dictae sunt. Nuces pineae. Martial. lib.
 13. ibid. Nux Persica.

Nux;

Terent. Euv. Ego limis affecto sic per stabellam clan-
 culum. Vide Donat. s. oculis. Plaut. Bacch. viden limulis
 ut obsecro intueantur? Idem Mil. Aspicio limis oculis.
 Plin. lib. 8. cap. 16. Nec limis intueantur oculis.

Oculis;

Regis est gubernare, patris est filios erudire, vel re-
 gium est, & patrium est. s. officium, munus, negotium.
 Terent. And. Neutiquam officium esse liberi puto. Cic.
 Oratoris officium est de ijs rebus posse dicere, quae res,
 &c. Idem. 1. Orat. Oratoris officium est dicere ad per-
 suadendum accommodate. Terent. And. Nunc tuum offi-
 cium est, has bene et assimules nuptias. Idem Adelph.
 Meum officium facio. Idem Phorm. istuc viri est offi-
 cium. Plaut. Mostell. Matrone non meretricum est mi-
 inseruire amanti. Idem Cass. non matronarum est offi-
 cium, sed meretricum. vide Opus.

Officium;

Regis interest gubernare, tua interest docere. s. of-
 ficia. i. est inter officia regis, & inter officia tua, Tunc
 enim interest, compositum non est, ut notauimus in con-
 struptione

Officia;

structione præpositionis. Hoc sentit Cæsar Scaliger, hoc Cælius Calcagninus in Epistolis.

Operæpre-
tium.

Terent. Adelph. Scire est liberum ingenium atque
animum. Sic dicimus. Videre est, cernere est. s. operæ-
pretium. Cic. 4. Fin. Operæpretium est considerare. Te-
rent. And. Audireq; eorum est operæpretium audaciam.

Opera.

Rhetorica, Bucolica, Georgica adiectiua sunt, in qui-
bus deest Græcè ΤΑ ΕΡΓΑ. i. opera. Vt opera physica,
in rhetoricis, in georgicis.

Opus.

Cic. in officijs: Est igitur adolescentis maiores natu-
vereri. s. opus, munus, vel officium. Idem pro Archia.
Sed enim hoc non solum ingenij, ac literarum, verum
etiam naturæ, atque virtutis fuit. Quintilianus lib. 12.
cap. 3. Cognitionis sunt enim, non inuentionis, & paulo
inferius. Sed etiam si nosse quid quisq; senserit, volet,
lectionis opus est. Idest Munus, & officium. Illud Planci
in Epistolis Ciceronis lib. 10. male intelligitur à Gram-
maticis: sed aliquantum nobis temporis, & magni labo-
ris, & multæ impensæ opus fuit. Putant enim opus re-
gere genitiuum. Alij hos genitiuos regi à particula ali-
quantum, quos Aldus reprehendit. Ergo opus hic pro
negotio vel labore sumitur, quasi dicat: opus, & nego-
tium fuit & tēporis & laboris, & impensæ. Sic Ouid.
Non minor est virtus quam quærere, parta tueri. Casus
inest illis, hic erit artis opus. i. negotium & labor artis.
Martial. non fuit hoc artis, sed pietatis opus. Plaut. Mo-
stell. verum id videndum, id viri docti es opus.

Oppidū.

Horat. Aptum dicet equis Argos, ditesq; Mycenæ.
Idem impositum saxi late cudentibus Anxur. Virgil.

Altum

Altrun Præneste. s. oppidum; et oppidum ita passim exprimitur, à Plinio præcipue; ut superuacuum sit indicare. Solet ille etiam coniungere multas ciuitates, deinde subdit in plurali: ciuitate à Romanis donata, vel libera, vel stipendiaria s. oppida.

Prorsus, non versibus scribit. s. oratione. Prorsus (ut Oratio ait Donatus) à prorsus dicitur non prosa quasi profusa. Prorsum antiqui rectum appellabant: Unde prorsilimites, apud Festum: et Prorsam deam vocabant que rectos partus educeret. Esse adiectiuum hinc collige. Columella libro. 10. in præfat. Prorsus oratione prioribus subnectentur exordijs.

Vir claris natalibus: homo loco obscuro: s. ortus vel oriundus, vel natus ex. l. de; Linius lib. 1. Turnus Herdonius ab Aricia. Sic in sacris Ioseph ab Arimathia. Sic dixit Virgilius. Pastor memorande ab Amphriso.

Postico falle clientem. s. ostio: posticus enim adiectiuum est. Persius: Postice occurrite sanne. Plin: Postica pars mundi. Posticus vicinus; et Posticum ostium apud Festum. Vide Pars.

Galline vel aues incubant. s. oua. Plinius: oue incubant intra decem dies edita utilissimum. Idem. Quarto die postquam cœpere incubari.

Virg. Centum lanigeras mactabat rite bidentes. s. oues. Idem. Non insueta graues tentabunt pabula; fortas Nec mala vicini pecoris contagia ledent. Sic: hæc dispungo carmina. Vide Reastrum.

Plant. Ut decimas solueret Herculi. Cicer. pro Plac. Pare Nec Herculi quisquam decimam vouit unquam. Sic

antica & postica. Suet. Othon. Postica parte. Cato in
versiculis. Fronte capillata, Postica occasio calua. sic
enim legendum est. s. parte postica.

Part.

Quadragesima, Quinquagesima, Septuagesima.
Suet. Vesp. Publicanum quadragesima in Asia egit. Idē.
Calig. 40. pro litibus, atque iudicijs ubicumq; cōceptis
quadragesima summae, de qua litigaretur, exigebatur.
Plin. lib. 14. cap. 20. cocti parte quadragesima.

Partes

Adnitar pro virili, age pro virili. s. parte. Cicer. 13.
Phil. Plus quam pro virili parte obligatum puto. Tacit.
tui in vita Agricola: pro virili portione. Cice. 5. Verr.
Plus etiā, quā pars virilis postulabat. Apule. 7. Met. Pro
sua parte. Sic dicimus, pro rata. s. parte, vel portione.

Partes.

Cic. Et si utriq; primas, priores tamen deserunt. La-
lio. Idem. Cui primae sine controuersa deserebatur. Co-
lumella lib. 10. Mustū quam dulcissimi saporis decoquitur
ad tertias. Terent. Non posteriores ferā. s. partes. Te-
rent. Primas partes qui aget, is erit Phormio. Hora. Ne
forte seniles mandentur iuueni partes, puerōq; viriles.

Passuum.

Cesar de Britannia. Huius est longitudo lateris (ut
fert illorum opinio) septingentorū milliū. s. passuū. Ho-
rat. Millia tunc pransi tria repsinus. Cesar. 1. Ciuil.
Pons qui erat ab oppido millia passuum circiter tria.

Peccatum

Ignoscot tibi. s. peccatum Virg. Paruum si Tartara
nosset Peccatum ignouisse.

Pecuniae.

Quintil. lib. 4. In simulari repetūdaru. Tacitus li. 4.
Postulare aliquē repetūdis. Valla lib. 1. ca. ultim. in hoc
gerūdio, ut ipse vocat, nescio quas ineptias texit. Parti-
cipiū est, quod cum suo substantiuo Cicero protulit pro
Cluentio:

Cluentio: teneri lege pecuniarū repetundarū. Idem.

6: Verr. Ferre legem de pecunijs repetundis. Idem pro Cluēt. Ab aliquo rationē repetere de pecunijs repetūdis.

Inuenal. Substitit ad veteres arcus, madidamq; Cape nam. s. portam. Sic Colina, Viminalis, &c.

Non minoris, nec pluris, sed tāti quanti tu emi. s. pretio: integrū erat. Tanti aris pretio emi. vide *As. Hor.*

1. Serm. Vnius asis Non unquam pretio pluris licuisse. Plaut. Epid. Quanti emi potest minimo. Et paulo post.

Ad quadraginta fortasse eam posse emi minimo minas. Martial. li. 6. Paruo quum pretio diu liceret. Valla li. 3.

cap. 1. docet licere dicere: emi magno, & magno pretio, non autem magni pretij, sed magni tantum. Recte qui-

dem ille, sed causam ignorauit huius locutionis. Ea ve- ro est hæc: in verbis pretij (si sit genitiuus) à nomine pre-

tia regitur: ut, emi magni. s. pretio. Ouid. lib. 1. Amorū. 10. Et pretium, quanti gaudeat ipsa, facit. s. pretio: Ten-

rent. Eun. Quid facias, nisi ut te redimas captum quam quæsi minimo, si nequeas paulo, at quanti quæsi. Quum

vero dicis: emi equum magni pretij, alia res est: nō enim significatur emtio, sed laus. Terent. Agrum in his re-

gionibus meliorem, neque pretij maioris nemo habet. perinde est ac si dicas: est homo magni ingenij.

Persius. Lunai portum est operæ cognoscere ciues. s. pretium. Vide Operæpretium. Plaut. Cass. Dum mea fa-

sta iterò, est opus auribus accipere.

Plaut. Persa. Quasi iuream esse ius decet colliricū: sic enim est legendum. Cato. cap. 82. Rust. Spheritam sic facito. s. placentam.

- Potestas.** Virg. Nec non & Tityon terræ omnipotentis alumnus
 Cernere erat. s. potestas, vel datum, vel concessum.
 Vide operæ pretium. Idem. Non fugis hinc præceptum dum
 precipitare potestas. Plin. lib. 5. cap. 23. Non est sateri,
 rerum natura largius mala an remedia genuerit, & ca.
 37. Suspendio ac fame necatur, aliter non est occidere.
 Idem lib. 9. cap. 31. Tanta velocitatis ut consequi non sit.
 Huiusmodi locutiones innumerae sunt apud Plinium, sed
 Malhain Raudensem illas damnat, sed fallitur.
- Porcelli.** Porcelli quum lactari desierunt, nefrendes dicuntur,
 eo quod fabam nondum frendere. i. frangere possunt.
 Vitr. 2. Rust.
- Prædium.** Vrit in Tusculanum, Pompeianum, Perusinum, sus-
 burbanum. s. prædium, vel agrum, vel rus.
- Præditus.** Vir magna doctrina, sed pravis moribus. s. prædi-
 tus. Donatus supplet natus. Terent. Ita dissimili argu-
 mento sunt factæ. Cic. 1. Verr. Homo singulari cupiditate,
 audacia, scelere præditus. Falsum igitur est, partes
 corporis & animi poni in ablativo vel genitivo. Nam
 vir magna doctrina. s. præditus. Vir magnæ doctrine
 possessive dicitur.
- Propositum.** Cic. Quum in animo haberem navigandi s. propositum,
 mentem, voluntatem. Valla lib. 1. c. 25.
- Puer, vel puella.** Infans, à non fando adiectivum est. i. puer, vel puella.
 Fallitur qui hoc nomen commune duobus appellat. Horat.
 Infans namque pudor prohibebat plura profari. Ovid. in
 Ibis. Gutturque imbuerit infantia lacte canino. Horat.
 lib. 2. saty. 5. Deu rubra canicula findet Infantes statuas.
 Cic. pro Sylla. Quum puerorum infantium veniebat in
 mentem.

mentem. Idem. 2. Orat. Nutrices infantibus pueris in os
inferant. Val. Max. li. 1. c. 6. Puerum infantem semestrē
in foro honoris triumphum proclamasse.

Terent. And. Ego postquam te emi à parvulo. s. puer.
ro. Plau. Stich. Quia iam inde à pūillo puero ridiculus
sum. Idem Merc. à puero parvulo.

Iuuenal. Vire bidētis avans s. rāstri. vel ferrī. Nam
bidēs, tridēs, quadridēs adiectivū s. rāstrī. Cato. c. 10. Rust.

Rutra quinq; rāstros quadridentēduos. Virg. 2. Geor.

Et duros iactare bidentes. Idem in Cyri. Ferroq; manus

armata bidētī. Idē. 7. Suet. Rost rāstrīq; tridētibus. sic n.

legi debet, nō rīridētibus. De Nest uno met aphorica dī-

citur, rāstrus tridēs, pro sceptro. Virg. Ltuat ipse tridē

ti. Idē. Non illi imperiū pelagi, seu unq; tridentem, sed

mibi sorte datum. Poteris autē s. tibi. quum de Neptu-

no dicitur, sceptus, vel sceptum supplere. Vide oves.

Horat. Ad summā sapiens ratio minor est Iont. Virg.

Hec summa est, nauiget. s. ratio. Varro li. 5. Ling. Idē

ratio putari dicitur, in qua summa sit pura. Cic. 2. Phi-

lip. Quod quidē erat magnū de summa re differentes.

Iuuenal Saty. 7. Sic Peto conturbat, Matho defieit.

Martial. Conturbabit Atrās. s. ratiōes. Cic. Quintā fa-

tri. Ad quem ego rescripse tibi esse quod post hac arce

nostrae fiducia conturbaret. Conturbare est seruorum,

aut trapexitarum, cum rationibus crediti parū non fac-

ere se sperant. Hispane Algarfe.

Paupertas est laudanda: aueritia est utuperanda. s.

res. Nā adiectivū nō respicit substantivum si uerbū in me-

dio sit. Verbe gratia: Mors est bonū, ex mors est bona: il-

ludicium est bonū, ex ludicium est bonū: il-

ludicium est bonū, ex ludicium est bonū: il-

ludicium est bonū, ex ludicium est bonū: il-

ludicium est bonū, ex ludicium est bonū: il-

ludicium est bonū, ex ludicium est bonū: il-

ludicium est bonū, ex ludicium est bonū: il-

173

Puer.

Rastrus.

Ratio, vel
res.

Rationes.

Res.

- Res.** licet deest negotiū, hic res. Idē enim sunt. Vide Negotiū.
Bene est, bene habet, bene procedit, bene vortat, bene conueniebat inter eos. s. res. Terent. Adolph. Quae res tibi vortat male. Vide Negotium.
- Res.** Virg. Non opis est nostra. s. res. Caesar li. 1. ciuil. Doceēt sui iudicij rem non esse. Ibidē. Nec sui iudicij, neq; suarum esse virium discernere. s. res. Vide Negotium.
- Rem familiarem.** Cicero. 2. Philip. Tenesne memoria praetextatum te decoxisse. s. rem familiarem.
- Rem.** In illis, postquam, antequam, mihi videtur deesse rē, vt in post quod, deest negotium. nisi malis deesse finem vt in hactenus. Vide Finis.
- Res.** Solebāt antiqui peregrē aduenientes sic rogare: satin salua? s. res. Liuius li. 1. dec. 1. Quarentiq; viro, satin salua: minime, inquit Lucretia. Idem lib. 10. satin salua, inquit. L. Volumni? Plau. Menec. act. 5. Salua sis: salua ne?
- Sacerdotes.** Diales, Martiales, Quirinales, Salij, & in reliquis huiusmodi quis non intelligit sacerdotes?
- Sacra.** Lupercalia, Bacchanalia, Terminalia. s. sacra. vide Festa. Sed in Bacchanalia, Saturnalia ludos intellige. vel dies. Vide Ludi.
- Salarium.** Iuuenal. Saty. 6. Sunt qui tortoribus annua praestent. s. salaria. Suet. Tiber. Sed & peculio concesso a patre, praebitisq; annuis fraudauit per speciem publici iuris. Idem de claris Gramm. de Palemone. Quamquam ex schola quadringenta annuatim aperet.
- Scriptor.** Librarius adiectiuum est, vt librarium gummi apud Plin. & cella libraria. Cic. tamen id semper absolute dicit: vt mihi librarius mittatur, scilicet scriptor. Hoc in arte. vt scriptor si peccat idem librarius.

Cic. Att. li. 8. in ea Pöpeij epistola erat in extremo. *f. Scriptum.*
 scriptum. Idem. Quod epistola librarij manu est. *f. scri-*
 pta. Idem. Quae quidem erant manu tua. *f. scripta.* Idem
 lib. 16. Epistol. Tu istic, si quid librarij mea manu non
 intelligent, monstrabis. *f. scriptum.*

Virgil. Crebrisq; bipennibus instant. Ouid. Saevamq; *Securis.*
 inhibere bipennem. *f. securim.* Vide festum in anceps &
 Nonium Marcell. in Bipennis qui citat ex Varrone: Fer-
 rens ferream humero bipennem securim.

Lucanus lib. 3. Praetor adest, vacuaeq; loco cessere cu- *Sella.*
 rules. *f. selle.* Livius lib. 2. Sella curuli septies ac vicies
 sedit. Aiuenal. 10. Atque illi sellas donare curules.

A pedibus, à secretis. *f. seruus, vel famulus, vel mini-* *Seruus.*
 ster, Sueton. lib. 1. Philemonem à manu seruum. Terent.
 Forte ibi huius video Birrbiam. *f. seruum.*

Mart. Esse sat est seruum, iã nolo vicarius esse. Vicarius *Seruus.*
 proprie est serui seruus. Paulus de noxal. actio. Si seruus
 tuus nauæ exercuerit, eiusq; vicarius seruus. & c. Horat.
 Viq; sacerdotis fugitiuus liba recuso. Idẽ. Tu media sti-
 nus. *f. seruus.* Idẽ li. 2. Saty. 7. siue vicarius est, qui seruo
 parat. Et Venales seruos intelligimus. Quinti lib. 8. c. 2.
 Et Nouitios. Varro. 7. linguae Lat. Etiam nouitij serui
 emti in magna familia.

Catullus. Quam subito adfertur nuntius horribilis. *f. Sermo, la-*
 sermo, vel rumor. Caesar: ut talem nuntium attulisse vi- *tumor.*
 derentur. Unde Plautus in Milite, longinquus sermo,
 pro nuncio dixit. Aliquando intelligitur homo ut dixi-
 mus ante. Sermones perferri tritum est.

Horat. Callidus huic signo ponebã millia centum. *f. Sesteris.*

- Sestertium.** Sic in illis debet decies, accepit centies.
- Singuli.** In dies, in naues, in milites, in viros, s. singulos. Horat. Mutatur in horas. Iuuenal. Horreat, inq; dies septenis oderit horis. Plin. Cinnamo preti equondam fuisse in libras denarium mille. Cicer. & in illa, in dies singulos.
- Sinus.** Patrolanus, Tarentinus, Ibsicus, s. sinus. Crediderim deesse sinus quoniam Adria effertur masculinè. Nam vere sinus est, & ciuitas in ipso sinu Adria dicitur, sed effertur fœmininè. Silius lib. 10. Stat humectata V. ômano Adria.
- Societas.** Virg. Coeant in fœdera reges, s. societate. Cic. Vtinam societatem aut nunquam coiffes, aut nunquam diremisses. Idem: Cum parua squilla quasi societatem coit. Idem pro Sext. Societas coitur. Idem Ruffo: ad coeundam societatem periculi.
- Sol.** Oriens, & Occidens participia sunt, in quibus absolute prolatis intelligitur Sol. Ciesar. r. Gall. Spectant in Septentriones & Orientè solè Belgæ. Plaut. Bacch. Ante solem exorientè. Idem Menech. Nunquã ad solem occasum uiuerem. Plin. lib. 21. c. 17. Ante solem occidentem. Cic. in somn. Quis in reliquis orientis aut obeuntis solis ultimis partibus. & in XII. Tabul. Sol occasus super ma tempestas esto. Gell. lib. 2. c. 2. Post solem occasum.
- Solis.** Plaut. Mostell. Hoc die crastini quoniam herus rescuerit. Gellius lib. 10. c. 24. & Macrob. lib. 1. cap. 4. Saturni pietant die crastini, die pristini, die proximi, die noni aduerbia esse. Ego contendo deesse Solis. Vide Dies.
- Solum.** Virgil. in Moreto, Fusus erat terre frumeti pauper aceruus. Ibid. Et terre condit aratrum. Anei. 9. stant terre

terra defixa haste. *Aenci. 11. Stermitur et toto proica
 Aus corpore terra Georg. 2. Terre defigitur arbor.
 Idē, Corpora multa virum terra infodiūt. Ouid. 2. Met.
 Quum vellet terre procumbere. Plin. lib. 14. capi. 21. In-
 fodiuntq; terra tota. Apulei. libr. 9. Ille terra concidit.
 Iulius Rufinianus, Terra, inquit, pro in terra positum
 est. Sed ego assero deesse solum: quia saepe legimus a-
 pud Ciceronem sola terra, et saepius apud Lucretium,
 vide Terra. Silius lib. 1. Adfigunt proni squalentia corpo-
 ra terra.*

Virg. In medio mihi Caesar erit. s. spacio vel loco. *Ca
 far. i. Civil. Atque in hoc fere medio spacio tumuluserat.
 Vide Locus.*

Meruit sub Annibale. s. Stipendium vel ara. vide Val- *Stipendii
 lam lib. 4. capit. 110. Horat. Hic meret ara liber Sosis.
 Ouid. i. Amor. Iusit et in castris ara merere suis. ibi.
 Non decet imbelles ara merere Deos. Turneb. libro 25.
 capi. 18. scribit Donatium esse adiectiuum, in quo sub
 audiatur stipendium. Cicer. pro Mura. Meruisse vero
 stipendium in eo bello.*

Tabellae olim à materia vel à numero foliorum nomi- *Tabellae. l.
 nabantur: ut eborea, citrea, duplices, triplices. Erant
 et laureatae quas imperatores victoria potiti ad sena-
 tum mittebant. Ouid. i. Amor. Ergo ego vos duplices
 rebus pro nomine sensi. Suet. Aug. Et Gallii praetorem
 in officio salutationis tabellas duplices veste rectas te-
 nentem. Liviū lib. 5. dec. 5. Ad foros publicos laureatas
 tabellas populo ostendit. Ibidem laureatas literas dixit.
 Apud Martialem tituli sunt pugillares citrei, pugillares*

eburnei, pugillares membranei. s. codicilli. Et Catullus dixit nostra pugillaria. s. codicilla vel epistolia. vide *Litere.*

Tabula. In duodecim quã legimus. facile tabulis intelligimus. Id adnotarunt Reuãrdus & alij. Cice. Discēbamur pueri duodecim, ut carmen necessarium, quas iam nemo discit.

Taberna. Sutrina, pistrina, medicina (teste Donato) adiectiua sunt, & dicitur taberna. Plaut. in medicinis in constrinis, apud omnes œdis sacras. Idem Curcul. Sub veteribus. s. tabernis. Sub nouis Varro lib. 5. Ling. Lat. & Linius lib. 7. & 25. Plin. lib. 25. cap. 12.

**Taberna-
culum.** Augustale est ducis tentorium, ergo intellige tabernaculum. Quintil. lib. 8. cap. 2.

**Talis, & tā
tus.** Homo illiteratus, sed cui paucos anteponas. s. talis. teste Laurentio, & Linacro. Item in Qualis, & Quantus, dicitur Talis, & Tantus.

Tecta. Penetrabile quum absolute ponitur, tectum desideratur. Virg. 1. Georg. Sæpius & tectis penetrabilibus extulit oua. Idem, Penetrabilia tecta.

Tempus. Terent. Hecyr. Illic nõ licebat nisi præfinito loqui. s. tẽpore, teste Donato. Terent. And. Prope adest, quã alieno more viuendũ est mihi. Sic dicimus: Nõ ignara futuri: Sero sapiunt Phryges. Virg. Impius ex quo Tydides. Idem, Ex illo fluere spes Danaum. Idem, Collecta fatigat ex longo rabies. Plaut. Mostel. velut horno messis magna. & apud Nonium. Horno curari. Cice. Catil. 1. Quibus te breui tempore confectum esse senties. Idem Verr. Breui postea mortuus est. Vir. Per sudum rutilare videt. Idem, vise sub obscurum Lune. Cicer. Horologium

gium mittam & libros si erit sudum. s. tempus: nam sudum vocabant quasi sine vdo. potest & deesse cœlum.

Post illa, postea, antea, præterea, ante hæc, post hæc vel post hæc. s. tempora, vel negotia. Terent. Eunus. Tute scis, post illa quam intimum habeam te. Cic. Post illa tempora quicunq; temp. agit auere. Sic qua propter, i. propter quæ.

Erit, quum fecisse nolles. s. tempus. Virg. Turno tempus erit magno quum optauerit emptum intactum Pallata. Plaut. Aulul. Hanc domum multos annos est quum posideo. i. est tempus, quum possideo multos annos hanc domum. Horat. Præsens in tempus omittat. Vide Lambinũ.

Domi belliq; clarus. s. tempore. Nam domi apud antiquos pro pace aut quiete usurpabatur, vt sepe apud Liliam. Nunc vero quum dicimus domi est. deest in edibus, vt diximus. Militiam belli dixit Columella in præfatione.

Iouem lapidẽ iurare, in adagijs rectè explicat Erasmus, sed syntaxin pauci intelligunt. Integrum est, Lapidem silicem tenentem iurare per Iouẽ. Verba Festi sunt: Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes: si scius fallo, tum me Dispiiter &c. sic Turnebus lib. 30. ca. 23.

Erat in prætorio. s. tentorio, vel tabernaculo. Nam prætorius vindicitur, & nauis prætoria. vide Ase. Bed. 4. Verr.

Virgil. hic seuis tendebat Achilles. Ouid. Illic AÆacides illis tendebat vlysses, scilicet, tentoria vel pelles.

Reliquæ

Temporibus

Tempus

Tempore

Tenens

Tentorium

Tentoria

l. pelles.

- Terra. l. domus.** Reliquit patriam. s. terram vel domum. Solinus cap. 22. Relicta domo patria. Plaut. Stichos: Quia vos in patriam domum redisse video. Virg. Et patria decedens ponere terra. Sallust. Jugur. Exsul patria domo, solus.
- Terra. l. iura.** Virgil. Alternis etiam tonsas cessare nouales. s. terras. Alexander Tyrum continenti annexuit. s. terras. Nā sic dicimus imber continens, labor continens, & edificia continentia. Quum Vir. dixit Culta noualia, intellige rura. In negotia.
- Terra.** Iacet humi, pone humi. s. in terra humi. Nam terra diuiditur in humum & aquam. D. Augustinus loquens de Varrone lib. 7. Ciuita. Dei cap. 6. sic ait: Sed ut plures etiam introducat, adiungit mundum diuidi in duas partes Coelum & terrā: & coelum bifariam, in aethera, & aere; terram vero in aquam & humum. Terra igitur latius patet quam humus: etiam si idem Varro dicat in libris de lingua Latī. Terra, ut putant, eadem & humus. Nam hoc non ex sua, sed ex aliorum opinione dicit. vide Solum.
- Toga.** Sumpsit praetextam. s. togam. Cice. 3. verr. Neque te tam commouebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod sine bulla uenerat. Lilius lib. 4. dec. 4. Toga praetexta.
- Tribus.** Antiquitus ad nomina uirorum Romae adhibebatur tribus. ut c. Septimius Quirina. M. Oppius Terentina. s. ex tribu. Horat. Hic multum in Fabia ualet, ille Velina. vide Aescō. Ped.
- Vas.** Aufonius. Fictilibus fama est coenasse Agathoclea regem. Iuuenal. Sed nulla aconita bibuntur Fictilibus. s. uasis,

vasis, vel testis, Martial. Sic Arretine violant Cryballina
 na teste. Virg. Virgea suggeritur costis undantis aheni.
 s. vasis. Val. Max. li. 4. ca. 3. Fistilia se in eius mensa vasa
 vidisse. Sic Corinthia vasa, ut Corinthia ara, sic etiam
 atramentarium dicimus. s. vasculum.

Virg. Creberq; procellis Africus. s. vctus. Cic. i. Nat. **Ventae.**
 volucres angues vento Africo inuectas. sic Fauonius;
 Subsolanus. &c.

Terent. Quid multis moror? Idem, quid multis? Idem, **Verba.**
 paucis te volo. s. verbis. Cic. sed haec satis multa, vel plu-
 ra potius. Terent. Dictum sapienti sat est. Cic. Tuo liber
 to pluribus verbis scriptas pridie dederam. Plaut. Cur.
 Respondit mihi paucis verbis. Ouid. Ego sum qui iussa
 per auras Verba patris porto. Vide Praire verba apud
 Adrianum Cardinalam.

Quum absolute dicimus sericas, bombycinas, undula- **Vestea-**
 tas, intelligimus vestes.

Terent. Cur non recta introibas? Idem, Haec, illac cir- **Via.**
 cuncursa. s. via. Hactenus, quatenus, catenus. s. via.
 Aeneid. 3. Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta,
 Terent. Phor. Eo recta via equidem illuc. Idem Heaut,
 Imo ut recta via rem narret ordine. Cic. Recta via per-
 ge in exsilium. vide Finis.

Horat. Minus est grauis Appiat ardis. s. via. Iuuenal. **Via.**
 Dum peruolat axe citato Flaminiam. Cice. 2. Catil. Aure
 lia via profectus est.

Plaut. Casti. si tu iubes inibitur tecum. s. via. Virg. **Via.**
 Decus hoc inibit te consule o Polio. s. viam. Sic incunte
 vere, incunte aiate. s. viam. Cice. pro Mura. Inite viam:
 presto

presto aderat sapiens ille qui inire viam doceret: redite viam, eodem duce redibant.

Vinum,

Ouid. 4. Fast. Præmia de lacubus proxima musta tuis
 s. vina. Mustum (inquit Nonius) non solum vinum, ue-
 rum nouellum quicquid est, recte dicitur. Nænius Gym-
 nast. Vtrum est melius, virginem an viduam uxorem
 ducere? virginem, si musta est. Cato capi. 114. Rust. In
 vinum mustum veratri atrii manipulum conijcito. Plau-
 tus mustam iuuenecam dixit. In nomine quoque Merum
 deest vinum. Virg. Hic duo rite mero libans carchestis
 Baccho. Deest & in illis: Falernum: Fundanum: Campa-
 num: Massicum, Veientanum.

Vir, l. vxor

Coniux meus. s. vir. Coniux mea. s. vxor. Coniux e-
 nim (ut consors, & compar) adiectiuum est. Iuges (in-
 quit Festus) eiusdem iugi pares, unde & coniuges, &
 sciuges. Iniuges boues vel bestie (Macrob. lib. 3. c. 5. Sa-
 tur.) quæ nondum iugum passæ sunt. Apuleius. Quin-
 que coniuges copulæ ijs ordinatæ vicibus attinentur.
 Idem. 7. Metam. Nec istud puduit me cum meo famu-
 lo, meoque vectore illo equo factum conseruum, atque
 coniugem. Iugales annos dixit Martial. libr. 10. Virg.
 in hortulo. Fæcunda vitis coniuges ulmos grauat.

Vir, l. vxor

Eadē est ratio in maritus & marita. s. vir. uel uxor.
 Maritus esse adiectiuum multa probant testimonia: legi-
 mus enim, Per maritas domos, thoros maritos, marita sa-
 cra, Venerem maritam, legem maritam. Catull. Vitis ul-
 mo coniuncta marito. ubi ulmus masculine positū est. Ca-
 to in Rust. Arbores facito uti bene maritæ sint. Plin. lib.
 17. cap. 11. Maritas ulmos Autumnno serere utilius.

Maiores,

Maiores, minores, optimates, magnates, primates. *f. Viri. l. f. c.*
 viri uel femine. Cicer. Trebat. Optimates matrone. *minax,*
 Catull. Primores Argiuorum. Plaut. Stic. Ergo orato
 res populi, summates viri summi decumbent, ego infimatis infimus. uide Homines.

Pater tuus est bonus. *f. vir. mater tua est optima. f. fce* *Vir. l. fce*
 mina. Cic. Matrem tuam optimam feminam. *mina.*

Horat. Dii bene fecerunt, inopis me quodq; pusilli Fin *Vir. l. h*
 xerunt animi. *f. virum. l. hominem.* Sic in illis: Plato fuit *mo.*
 magni ingenij, uariaq; doctrine: Aristoteles fuit diuerse
 factionis. Sueton. Cassium diuerse partis conspexit.
 Horat. Notus in fratres animi paterni. Cic. Neque te mo
 nere audeo prestanti prudentia virum, neq; confirmare
 maximi animi hominem.

Rudem accipere. *f. virgam, id est libertate donari. un* *Vii g*
 de rude donatus: virga autem illa erat rudis & impolita,
 alio nomine vindicta, seu festuca dicebatur.

In Agere, & peragere sepe deest vitam vel etatem *Vitam.*
 quod notius est quam ut indicari conueniat.

Aqualis & aquale, quod ad aquam pertinet. Plaut. *Vrceuse*
 Dato aqualem cum aqua. *f. vrceum.* Varro: aqualis ab
 aqua.

Narbo ex terminatione masculinum est, ut Sulmo, *Vrb. l. op*
 & Hippon. Sed barbara Narbo. *f. urbs. ma-* *pidum.*
 gna Taretum. *f. Vrbs. magnum. Tarentum. f. oppidum.*
 Plin. Cydnus Tarsum liberam urbem procul a mari se
 sans. Liuius lib. 7. Maced. De Solois vrbe que in Cilicia
 est, egerunt. Idē lib. 3. dec. 1. Antium propinquam, & op
 portunam, & maritimam urbem coloniā deduci posse.

Plin.

Plin. Volsinij, oppidum Tuscorum opulentissimum: Iusti-
 nus libro. 3. Byzantium nobilem & maritimam urbem.
 Pomp. Mela, Non longe ab alio, urbe fama excidio &c.
Vrbs. &c. In nominibus urbium, prouinciarum, & insularum (si
 sit genitiuus) deest vrbs vel oppidum, prouincia, insula
 vel locus: vt Romæ natus, Ægypti nutritus, Siciliæ sepul-
 tus. Neq; enim vera docent Grammatici quum ex hac do-
 strina nomina prouinciarum, & insularum excludunt.
 Varro lib. 1. cap. 7. Rust. Itaq; Crete ad Cortyniam dicitur
 platanus esse. Cice. in Verr. Siciliæ quum essem. Idem
 Att. Quum Corcyre epulati essemus. Virg. 3. AEn. Aut
 Crete iussit considerare A. pollo. Val. Max. lib. 4. capit. 8.
 Duos egregie indolis filios suos à Gabinianis militibus
 Ægypti occisos cognouit. Sallu. Iug. Romæ, Numidiæ-
 que facinora eius memorat. Sed iam quod desiderari con-
 tendimus ostendamus. Cicer. pro Flacco: Num honestior
 est ciuitas Pergamena, quam Smyrnæ? Idem Atti. lib. 5.
 In oppido Antiochiæ. Idem. 4. Philip. Albe constiterunt,
 in vrbe opportuna. Idem pro Arch. Antiochiæ, loco ce-
 lebri. Idem pro Rabir. Sed Neapoli, in celeberrimo oppi-
 do. Idem. 7. Verr. Cuius dua sana duabus in insulis posita
 sociorum Melitæ & Sami. Virg. Quis Troiæ nesciat vr-
 bem? Idem urbem Patavii, & urbem Butroti dixit. & 6.
 AEneid. Mediamq; per Ellidis urbem: sic enim legendū
 non mediæq; Palladius: in oppido Cumarum. Sed si licet
 dicere (vt Scaliger annotauit) vrbs Spartana, & oppidū
 Tarentinum, cur non licebit, vrbs Sparte, & oppidum
 Tarenti? Cur etiam non dicam: Natus est Toleti celebra-
 rima Hispaniæ vrbe?

Cice.

cic. omnino semisibus magna copia est. *s. usuris.* Sic *Vsura.*
dextantes, beffes, centesima.

Consulo tibi, prospicio tibi. *s. utile, uel commodum.* *Vtilis.*
Cicero in passiuo dixit: Ego tibi ab illo consuli malle.

Nupsit regi. *s. uultum, uel seipsam.* Nubo enim pro- *Vultum;*
prie operire significat: Et nouæ nuptæ skammeum ante
oculos ferebant ob pudorem.

Lucanus libro. 2. Liceat scripsisse Catonis Martia. *s.* *Vxor.*
uxor. sic Tullia Ciceronis. *s. filia uide filius, uel seruus.*

DE VERBORVM

Ellipsi.

VERBUM EST, ita passim subauditur, ut superua-
cum sit, illud admonere. Quid gracculo cum fi- *Est, esse.*
dibus. *s. est.* Virg. Haud moras festinant iusti. *s. fit, uel*
fuit. Idem, Promisi ultorem. *s. fore.* Terent. Ne dicas ti-
bi non prædictum. *s. fuisse.* Idem Factum volo. *s. esse.*

Ve particulam ineptè iungunt datiuo Grammati-
stæ. Nam subauditur verbum Est: ut si dicas: malū tibi. *Est. l. eris.*
Plaut. Cass. *Ve* tibi. S. T. Imo istud tibi erit. In sacris
Prouerbijs capit. 24. Cui *ve*: cuius patri *ve*? cui rixæ? cui
fouæ? & Epist. 1. capite. 9. ad Corinth. *Ve* mihi est, si
non euangelizauero. Iob, cap. 10. Et si impius fuero *ve*
mihi est. Liuius lib. 5. Auditaq; int olerāda Romanis vox:
Ve victis esse.

In Aposiopesi Rhetorum incertum verbum elegan-
ter deest. Terent. Ego ne illam? quæ illum? quæ me? quæ
nō? ubi Donatus Ellipsin, & Aposiopesin agnoscit. Pla.
Mostel. Quid ego nūc faciam, si antea Demipho, aut

L Philo-

Philonides? Virg. Quos ego: sed motos, &c.

Decet vel simile. Idem contingit in orationibus animi affecti. Virgil. Menè incepto desistere victam? s. equum est, vel decet. Horat. Epod. 6. Inulius ut turiferis Corythia? Idem lib. 2. saty. 5. Ut ne tegam spurco Dama latus. s. decet, vel mones nē. Ita legit Lamb.

Cœpit. Infinitum dicunt accipi pro imperfecto præterito. ut populus ea mirari, pro mirabatur. Sed deest Cœpit, vel simile aliquid, ut recte docet Quintil. lib. 9. cap. 3.

Esto, i. fac. Ut, dicunt accipi pro Qu. anuis, sed falso. Nam deest Esto, vel fac. Ouid. Protinus ut redeas, facta videbor anus. i. fac ita esse, ut statim venias, iam tamen facta videbor vetula. Horat. Saty. 6. lib. 1. Namq; esto, populus Lenino mallet honorem, Quam Decio mādare nouo. Sed hic rursus deest Ut, sicut in illo Ciceronis. 2. Fini. Esto, fecerit, si ita vis, Torquatus propter suas utilitates.

Oro. i. pre cor. Ut, dicunt isti accipi pro Utinam. Terent. Adl. Ut Syre te cum tua monstracione magnus perdat Iupiter. sed falluntur, nam deest oro, vel precor, vel queso. Terent. And. Deos queso, ut sit superstes. Cicero. 2. Catil. Deos immortales precari, venerari, atq; implorare debetis, ut urbē defendant. Catullus in com. Beronices: Iupiter, ut Chalybum omne genus pereat. Horat. 2. Serm. Iupiter, ut pereat positū rubigine ferrum.

Audlo. i. macro. O, particulam dicunt regere tres casus, quum nullum possit regere: ut ò curas hominum: ò Pamphile: ò vir fortis atque amicus. Sed vocatiuus non indiget vlla particula, in reliquis est signum admirationis, & deest verbum aliquod. Et vero si enuncies hos accusatiuos interrogando,

rogando, quomodo regentur ab illa particula, quæ ne intelligi quidē potest? ut si dicas: Hæccine flagitia? hoc sine sæculū? Aut in respondendo, ut, o fortunata, natam me consule Romam. Te consule fortunatam Cicero: imo infelicē, & miseram. Teren. Heaut. Quid ait? C L. Se miserū esse. CHR. Miserum? Deest igitur verbum Dico, audio, vel narro. Teren. Phorm. Iocularē audaciam. Deest (inquit Donatus) audio ex te, vel dicis, potest & intelligi narras. Terē. And. Bonum ingenium narras adolescētis.

Simile est: Deum, atque hominum fidem: ubi isti sup- Imploro. I
plent, o vel Proh, quia sæpe apponitur. Sed deest implo- obsecro,
ro. Cic. Ille implorare Deum, atq; hominum fidem. Pro
Dij immortales, obsecro vestram fidem. Liviū libro. 3.
Omnes Deum hominumq; implorabimus fidem.

Horat. Quo mihi fortunā, si nō cōceditur uti? s. para- Paro. I. 6.
ui. Idē, vnde mihi lapidem? vnde sagittas? s. inueniam, vel miles
para. o. Cic. Att. Martis vero signum quo mihi pacis au-
ctori. s. parasti, vel emisti. Quinti. Quō per fidem diui-
tias cæco. s. censēs, vel putas. Luuenal. Vnde tibi frontem,
libertatemue parentis? Non desunt imperiti qui annotēt,
vnde, & Quo regere accusatiuum, quasi sint uouæ præ-
positiones.

En, Ecce accusatiuo & nominatiuo iungūt Grāma- Aspicio. I
tici: ut, En quatuor aras, Ecce hominem, vel homo: in- video,
pte utrūq; Nam in accusatiuo deest, Vide: in nominati-
uo, venit. Lucan. libro. 1. Ecce videt capiti fibrarum in-
crescere molem. Virg. li. 6. conspicit ecce alios dextra,
leuaq; per herbam. Plaut Mercat. Eccillum video. Mar-
tial. lib. 2. Ex me Casareum prospicis ecce tholum. Te-

rent. Eun. Sed eccum Parmenonem incedere video. Idē;
Atq; eccum Phidippum optimè video. Idem, Atque eccū
video ipsum egredi. Idem, Sed eccam Thaidem ipsam
video. Ouid. 2. Metam. Aspice vultus ecce meos. Ibidē,
Tostos en aspice crines. Idē. 15. Met. Aspiciē en. Plaut.
Menech. Treis eccos nummos habes.

Adest. l. ve
nit.

En Priamus. Ecce homo. s. deest, vel venit. Oui. Ecce
Lycæoniæ proles ignara parentis Arcas adest. Ibid. Ecce
venit rutilis humeros protecta capillis Filia Centauri.
Idem. 3. Met. Ecce viri fau-trix superas delapsa per auras
Pallas adest. Virg. 6. Ænei. Ecce gubernator sese Pali-
nurus agebat. Idem, Ecce autem Inachijs sese referebat
ab Argis Sæua Iouis coniux. Terent. Adelph. Ecce autē
hic adest senex noster.

Narro.

Cic. Att. libro. 12. Male Hercule de Athamante. Ibid.
Male de Seio. s. narras. Idem Att. lib. 16. Male mehercule
narras de Nepotis filio. Terent. Bene narras, nam illi fa-
ceo Virgini.

Monco. l.
fac.

Imperite addūt imperatiuis Ames legas, amet legat,
ametis legatis: ament legant: amaue-
rit legerit: amaue-
rint legerint: vt, Nil mihi rescribas.
Nam deest, moneo, vel fac vt. Plaut. Mercat. Ito hinc ad
villam, atque istos rastros villico præsto ipsi facito corā
vt tradas in manum: vxori facito vt nuncies, &c. O-
uid. Lac facitote bibat. Terent. Hecy. Puer vt sature-
tur facito. Idem Adel. Bono animo fac sis Sostrata: &
istam, quod potes, fac consolere. Ibidem. Quæso facito
hoc tecum cogites. Plancus Cicer. Fac valeas, meq; mu-
tuo diligas. Cice. Dolabella libro. 9. Fac vt diligentissime
te

te ipsum mi Dolabella custodias. Plaut. Cistell. Facito ut facias stultitiam sepelibilem.

Plin. in præfat. Subcessiuis temporibus ista curamus: Hæc dico. nequid vestris putetis cessatū horis. s. hoc dico nequid. Cic. Satiari delectatione non possum: ut meæ senectutis requiem oblectationemq; noscatis. Terent. Hecy. Quasi non tu multo malis. ubi Donatus supplet: Ita dicis.

Cic. Mario. Cum Libone tuo vel potius nostro in Pompeianum statim cogito. Idem Att. Inde ad Taurum cogitabam, ut cum Mophagone signis collatis, si possem. Deest ire, & confligerem. Idem Att. Rhodum volo puerorum causa, inde quam primum Athenas.

Cicer. Att. Quod epistolam meam ad Brutum poscis: non habeo eius exemplum. Quintil. Sed si confessionem culpæ meæ exigitis: ego sui pater durus, & patrimonij tenax custos. s. respondeo, vel confiteor.

Terent. Quid is fecit? Quid ille fecerit? s. rogas. Idem Eum. Non vides? videam obsecro quem? idem, Quid ergo narras? quid ego narrem?

Virg. Gallo. Ah te ne frigora lædant: Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. s. timeo, vel caue. Terent. Adel. Ne nimium modo bonæ tuæ istæ nos rationes Micio, & tuus iste animus æquus subuertat. Vbi Donat. Subuertat legendum est, ut subaudiamus Timeo, vel aliquid tale. Persius saty. 1. Quare ne mihi Polydamas, & Troades Labconem Præulerint. s. metuo. Horat. i. Carm. Terruit gentes, graue ne rediret sæculum Pyrrhæ. i. ita terruit gentes, ut timerent, ne rediret. Ouid. i. Metam. me miserum, ne prona cadas, indignas

ue lēdi Cyra notent sentes. s. timeo, vel caue, vel vide.
Terent. Heaut. At ut satis contemplata sis, mea nutrix.
s. vide. Idem, verum illa nequid titubet. s. vide, vel ca-
uendum erit.

Amet. l. ad
luuct.

Mehercule, Mecastor, Medius fidius. s. amet, uel adi-
uet. quasi dicas: me Dei filius adiuet: me Hercules a-
met. Et me Hercule pro me Hercules dictum esse, autor
est Cicero in Oratore. Festus in voce Mecastor: Me Ca-
stor, & me Hercules iusiurandum erat, quasi diceret-
ur: ita me Castor, ita me Hercules: ut subaudiatur, Iu-
uet. Vide eundem in voce Medius fidius, & in voce Ita.

Yaclo. l.
dico.

Plin. in epist. Studes? an piscaris? an venaris? an si-
mul omnia? s. facis. Quinti. Nil aliud quam renuet. Mar-
tial. Nil aliud, bulbis quam satur esse potes. Sic in illis:
Bene Ennius: Prudenter Scipio s. dixit, vel fecit. Itē, Dij
melius: Dij meliora. Tibull. Dij meliora ferant, nec sint
insomnia vera. Terent. Bona verba queso. s. dic.

Reliqua sunt facilia: ut Quid multis? Quid mala?
Scit fidibus. s. canere. Scit Latine, s. loqui. De his haete-
nus. Hec haetenus.

DE PRAEPOSITIO- num Ellipsi.

Praepositionum Ellipsis duabus regulis continetur.
Prima. Nullus non ablatiuus à praepositione pēdet.
Altera. Accusatiuus, qui nec sit infiniti suppositū, nec
Actiuorum appositum, à praepositione pēdet.

De

De nominibus urbium, prouinciarum, & insularum.

In nominibus non solum urbium, sed & insularum, Ad. in. ab; & prouinciarum, atq; etiam aliorum locorum sepe de.
 dicitur præpositio: ut, Tendit Romam, Ægyptum, Italiam, Cyprum, Elysios, Rus, & domum. Venio Roma, A Ægypto, Cypro, rure, domo, agro. Longū esset (quod iam feci aliquando) si testimonia velim cōgerere, ubi adhibeatur præpositio. Hoc vere ausim affirmare, sæpius inueniri nomina urbium cum præpositione, quam sine illa. Nam Titus Lilius fere sine præpositione non loquitur. Neque audiendus est Quintilianus, qui solocismum credit esse: Veni de Susis in Alexandriam. Sed absurdius delirant, qui contendunt aliud esse: Eo Romam: aliud. Eo ad Romam: Sic venio Roma, & venio à Roma. Dicunt enim sine præpositione locum ipsum significari: cum præpositione vero iuxta, vel prope. Delirat igitur Lilius lib. 5. dec. 1. qui sæpe nunc Veios, nunc ad Veios eodem sensu dicit. Græci dicunt Noctuas in Athenas: Latini Noctuas Athenas. Nec mihi etiam in hac parte placet ipse Cicero quum libro. 7. Epistol. 3. Attico sese excusat, quod scripserit: In Piræea quum venissem. Nam ipsemet nobis autor est, ut addamus, si libuerit, præpositionem. Cic. 1. Acad. venisse ab Roma. idem de Senect. Miles profectus sum ad Capuam, quintoq; anno post ad Tarentum quaestor. Idem Phil. 8. ut ab Alexandria discederet. Innumera alia sunt in epistolis ad Att. Propert. lib. 3. Magnum uer ad dotas proficisci cogor Athenas. Martial. Tibur in herculum

culeum migravit nigra Lycoris. Idem lib. 11. Hæc de vitifera venisse picata Vienna. Et multa sunt prouerbia: ut, Nauigēs in Masiliam, & de Masilia venisti.

Accipe rursus contra istos ellipsin præpositionū in nominibus prouinciarum & insularum, & aliorum locorum. Virg. Italiam fato profugus Lauinaq; venit litora. Idem. At nos hinc alij sitientes ibimus Afros, Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem, Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Idem, Æoliam venit, loca foeta furentibus Austris. AÆneid. 6. Deuenere locos letos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum, sedesque beatas. Ibidem. Hæc iter Elysium nobis. Ibid. Hæc limina tendere adegit. Ibidem. Finesque canebat Venturum Ausonios. Cretam portaretur dixit Catullus. Sed statim obijciunt imperiti poetarum testimonij non standum, qui causa carminis cuncta conturbant. O ingenia putida & infelicia. Sed age, accedat Oratores & alij. Cic. pro lege Manil. Inde Sardiniam cum classe venit. Idem pro Muræ. Quæ ex pugna quum se ille eripuisset, & Bosphorum confugisset. Idem. 3. Verr. Samon, Tenedon, & Delon nunc cum præpositione, nunc sine illa scribit. Et alibi Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Corcyram. Idem Atti. Si Pompeius Italia cedit. Sallustius (citante Frontone) Tum verò Bithyni propinquantes iam annem Tartanium. Papinianus lege. 75. ff. de cond. & demonst. Quum Asiam venisset. Suet. Aug. De cedens Macedonia. Ibid. 17. Ab Actio quum Samum insulam in hyberna se recepisset. Idem Vesp. Vt eo tempore Iudea profecti rerum potirentur. Val. Max. lib. 1. cap. 6.

Poenorum exercitū Italia pelleret. Idem li. 5. c. vlti. Epirum portanda dedit. Iustinus lib. 20. Egyptum primo profectus. Cretā contenderat. Mela lib. 3. c. 9. Egyptū tendere. Ibidē, Egyptum exportat. Tacitus lib. 2. Germanicus Egyptū proficiscitur. Et lib. 4. Cretā amouetur. Lilius li. 5. dec. 5. exercitū Egyptum induxisset. Ibid. Cyprū ex tēplo classē misit. Plau. Curc. Quia parasitus nō redijt Caria. Terent. Phor. Qua profectus causa hinc es Lemnum Chremes? antea dixerat, iter illi in Lemnū vt esset. Apulei. lib. 9. Metam. Larē reuēni meū. Ibid. proximam ciuitatem deducere consueuerat. Ibid. Baculo se vix sustinens ciuitatem aduentat.

Nunc videamus *Rus* & domum cum prepositionibus, in singulari & plurali. Lilius lib. 9. dec. 4. Iam vbi vos dilapsi domos, & in rura vestra eritis. Cic. Tusc. Quū in sua rura venerint. Asconius in Miloniana: Qui forte ex rure in urbem reuehebatur. In domo Caesaris, in domo Lentuli, in domo Leccæ trita sunt apud Ciceronem. Cic. 6. Verr. Ad prætoris domum. Verr. 3. Ad eam domum, in qua ipse diuersabatur, profecti sunt. Verr. 7. In Chelidonis domum præturam tuam contulisti. Idem Paradoxo. 3. In quancūq; domum stuprum intulerint. Idem. 2. leg. In ipsius patris domum detulimus. Idem. 5. Tuscul. Socrates philosophiam, & in urbibus collocavit, & in domos etiam introduxit. Terent. Eun. Si in domum meretriciam deducar. Licet ergo dicere: in mea domo: in tuis domibus: ab domo egressus: de domo: ex domo: in domum: ad domum: quorū testimonijs, quia innumera sunt, ne fastidio sim, supersedeo.

Sub.

Quoties imperium, siue prefecturam in pace, in bello, in literis significamus: Sub, vel potius Græca EPI, desideratur. Persius Saty. 5. Marco sub iudice palles? Martial. Quos decet esse hominum tali sub principe mores. Propert. lib. 2. Cæsare sub magno cura secunda fores. Ouid. 14. Met. Rege sub hoc Pomona fuit. Livi: Sub Asdrubale imperatore meruit. Anci. 8. Sub te tolerare magistro militiam diseat. Horat. Sub patribus duris. Valer. Max. lib. 4. capit. 2. Factum, ne sub Celio quidem autore repudiandum. Idem lib. 6. cap. 5. Nam cum L. Atracino (sub quo duce aciem nostram, &c. Onid. 13. Met. Mœnia qui forti Troiana sub Hercule cepit. Statius in Syl. Cerealia dona coronæ Te sub teste tuli. Claud. 4. conf. Honorij: Tum conspicuus gratulq; feretur Sub te teste labor. Plin. libro. 18. de murib. Sub autore Aristotele. Ouid. 13. Met. An quod in arma prior, nulloq; sub indice veni. Val. Max. lib. 4. ca. 6. sub magno iudice damnatum. Virgil. Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. Idem. Quales apes æstate noua per florea rura Exercet sub sole labor. Lucan. lib. 1. Et quâuis primo nutet casura sub Euro. Idem lib. 2. Quicq; sub Herculeo sacratus nomine portus. Et in Symbolo. Passus sub Pontio Pilato. Multa huiusmodi prætereo.

A, vel sub.

A, solet capi pro Post: vt, à cœna, secundus à rege. Cic. Cuius à morte hic tertius & trecesimus est annus. Sub, etiam (vt notat Seruius in illo Anci. 5. Quo deinde sub ipso) capitur pro Post. Quum ergo dicimus: ca-

pra urbe triumphauit: deest à, vel sub. Et, lectis tuis literis venimus in senatum. s. à vel sub lectis. Lucan. lib. 1. Moremque sinistrum sacrorum Druidae positae repetistis ab armis. Eodem sensu idem Lucan. libr. 2. dixit: Quae est vulgata per vrbes Post me Roma ducem. Et Horat. Post ignem aethera domo sub ductum. Ouid. 2. Trist. Hic tibi sic redeat superato miles ab hoste.

Deo duce: Musis fauentibus. s. cum. Graece SYN. Cum. Plaut. Pers. Sequere hac mea gnata cum Dijs volentibus. Lilius lib. 1. dec. 3. Agite cum Dijs bene iuuantibus. Ennius apud Cicer. Doque volentibus cum magnis Dijs. Cato cap. 14. Rust. Circumagi cum Diuis volentibus.

Aliquando etiam deest in, vt, Orpheo cantante: cantando rumpitur anguis. Terent. In cognoscendo tute ipse aderis. Idem, In denegando. Cic. 2. Natur. Itaque sallem istum (quo caret vestra natio) in irridendis nobis nolite consumere. Ouid. 2. Met. Mens antiqua tamen facta quoque mansit in vrsa.

De instrumenti praepositionibus.

IN instrumento significando deest Cum. Graece SYN. Cum. Sed vitanda ambiguitatis gratia non adhibetur. Quae enim dicis: Tetigi illum cum hasta: nescitur, an illum, & hastam tetigeris, an vero instrumentum significes. Sed ubi dubia non est oratio, venuste apponitur: vt, vidi gladium, cum quo se percussit. Ouid. 1. Met. Concusit terque quaterque Caesariem, cum qua terram, mare, sidera mouit. Idem in Episto. Acontij: Testis & Actaeon, quondam fera creditus illis, Ipse dedit letho cum quibus ante ferat. Idem. 4. Fast. Haec moda verrebatur raro cum pectine

pectine pratum. Aldus aliter emendauit, quod non probat. Plin. lib. 9. c. 28. Ceteri cirri, cum quibus venantur. Sic habet antiqua lectio. Paul. Orosius li. 7. Ipse imperator cum sagitta saucius. Et quid elegantius quam illud non in celebris auctoris (Gladium, qui cum se percusserrat, eduxit) quod imperitè damnat Valla lib. 2. c. 6.

Alijs etiam præpositionibus videtur instrumentum exprimi. Virg. 2. Georg. Aut presso exercere solum sub vomere. Ouid. 5. Fast. Pectora traiectus Lynceo Castor ab ense. Idem. 2. Trist. Neue peregrinis tantum defendar ab armis. i. cum. Collumel. li. 9. c. 1. Semperq; de manu cibos, & aquam præbere. In sacris vero ex Hebraismo exprimitur In, ut visitabo in virga peccata eorum. Præualuit David contra Philistæum in funda & lapide. Deut. ca. 18. lapidabitis eos in lapidibus. Luca. c. 22. Domine, si percutimus in gladio? Et, si sal euauerit, in quo salietur?

DE COMPARATIVI

præpositione.

Præ.

Desse præpositionem in ablatiuo comparatiui cōprobāt omnium linguarum idiomata: Hebrææ præcipue, quæ nomina comparatiua non habet: sed comparationem per hanc particulam *M I*, enunciat: sicut Græci per *α*. Latini per *Q V A M*. Hispani per *M A S*. Mihi, quantam ex veterum lectione obseruo, in præpositionibus, non in nominibus, videtur esse vis comparationis. Nam & in verbis, & positiuis, comparatiuis, & superlatiuis apparet comparatio virtute præpositionis. Terent. Eun. Hic ego illum contempsi præ me. Ibidem. Ludum iocumq; fuisse illum alterum dices, præut huius rabies

rabies quæ dabit. Plaut. Mostell. Video te nihili pendere omnes homines præ Philolache. Horat. Cuncta ne præ campo & Tiberino flumine sordent? In positivis sic. Horat. Epod. 3. Ut Argonautas præter omnes candidū Medea mirata est ducem. Virg. O felix una ante alias Priameia virgo. Æne. 3. Vnū illud tibi nate Dea præq; omnibus vnū prædicam. Cic. Sulpitio: Non tu quidē vacuus molestijs, sed præ nobis beatus. Apulei. 9. Met. Fabulæ deniq; bonā præ cæteris ad aures vestras adferre decreui. In comparativis, sic: Virgil. 1. Ænet. Pygmalion scelerare ante alios immanior omnes. Suet. Galba Præter cæteras altiore, & dealbatam crucē statui insit. & Psal. 18. Dulciora super mel & favum. In superlativis, sic: Virgil. 7. Ænei. Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus. Suet. Vitell. 13. Famosissima super cæteras fuit cœna ei data. Plin. lib. 27. c. 7. Herba facillimæ, atq; inter cæteras utilissima. Si igitur in præpositione significatur comparatio, necessario in ablativis comparationis deest Præ: Plaut. Epid. Atque me minoris factū præ illo. Apuleius lib. 8. Met. Neque vlla caprea neque paucis damula, neque præ cæteris feris mitior cerua, sed aper immanis atq; inusitatus exsurgit. Ibid. Sed vnus præ cæteris & animo fortior, & ætate iuuenior, & corpore validior exsurgit alacer. Idem lib. 10. Vnus è curia senior præ cæteris compertæ fidei Sosipater Charisius lib. 1. de comparat. Et confirmat præ illo neminem esse doctiorē. Et infra: Et habent alios præ se doctiores. E. Id. r. 3. c. 4. Kai alethéia megále, Kai Ischyrotéra parà pânta. i. veritas magna, & fortior præ alijs.

Præ.

Sed quid mirum in comparatiuis deesse Præ, quæ
 etiam in positivis & superlat. desit? Plaut. most. Speculo
 claras ædes, clarorem merû. Idem Amph. Nullus est hoc
 meticulosus æquè. Idem Moste. Quo nemo adæquè ante
 hac habitus est parcus. Idem Asin. Nec me Athenis al-
 ter hodie est quisquam, cui credi rectè æquè putèt. Idem
 Cass. Nec est, neque fuit me senex quisquam amator
 adæquè miser. Matthæi ca. 3. de grano sinapis, quod mè-
 ninimum est omnibus seminibus. Arnobius libro. 2. contra
 Gent. Quia omni vero verissimum est, certòq; certissi-
 mum. s. præ.

De pretij præpositione.

Pro.

Non bene pro toto libertas venditur auro. Plaut.
 Asinar. Par pari datû hostimentû est, opera pro
 pecunia. Idè Aulul. Pro vapulâdo abste mercedè petam.
 Columel. lib. 5. c. 1. Pro quibus nulla merces dependitur.
 Aenci. 5. Hæc tibi Eryx meliorè animã pro morte Dare-
 tis persoluo. Cæsar. 1. Ciuil. Pecuniã pro ijs rebus soluit.
 Cic. 4. Fin. Aestimatione aliqua digna, eaq; pro quanti
 in quaq; sit ponderis, esse aestimanda. Sallust. Nemo nisi
 victor pro pace bellum mutauit. Val. Max. lib. 4. cap. 6.
 Qui coniugis fata pro tuis permutari passus es. Nec re-
 fert Latinitatis vtra in parte adhibeatur præpositio,
 utroq; enim modo pretium significatur, vel aestimatio.
 ut, Dedi leporem pro denario, vel dedi pro lepore dena-
 rium. Terent. Heri minas viginti pro ambobus dedi. Ho-
 rat. Dedit hic pro corpore nummos. Virg. Vitamq; vo-
 lunt pro laude pacisci. Hinc illa trita: pro nihilo putare,
 pro nihilo pendere, &c.

De

De verbis copiae & inopiae.

IN verbis copiae & inopiae causa cernitur velut efficitur. **A, vel De;**
 ciēs, ideo deest à, vel de. *Cesar. 3. ciuil. Hec à custodi-
 bus classium loca maximè vacabant. Cic. 5. Att. Locus à
 frumento copiosus. Idem pro Flac. Vsq; co orba fuit ab
 opimatibus illa concio. Idem pro domo. A magistrati-
 bus nuda resp. ibid Ab amicis inops. idem in Offic. Ad-
 hibenda est vacuitas ab angoribus. idem pro Deiot. Sed
 tamen quicquid à bello Populi Ro. vacabat. Liuius. Ne
 quando à metu, ac periculis vacarent. Cicer. De quibus
 volumina impleta sunt. Idem, De nugis referti libri.
 Martial. Hos nisi de flaua loculos implere moneta Non
 decet. Dicitur, Sanguis manat à vulnere, vel de vulnere.
 itaque, Egeo pecunijs, est, Egeo egestatem à pecunijs,
 hoc est à parte pecuniarum.*

De varijs alijs præpositionibus.

QUum Modum significamus varias præpositiones **Cum, in,**
 aut apponimus aut intelligimus: ut lento gra- **de,**
 du: longa veste. hac lege. vel cum lento gradu, cum lon- **de, lev,**
 ga veste, sub hac lege, & conditione. Sallust. de rep.
 Multi præterea cum bona spe adolescentes (sicuti ho-
 stie) mactati sunt. Plau. Menech. magna cū cura ego illū
 curari volo. Cic. de Senect. Neq; vero in armis præstan-
 tior quam in toga. Virg. Horridus in iaculis. idē, Cassis
 prius de more iuuenis. idem, Cunctis ex more vocatis
 in tempore, si sit accusatiuus. deest Per, vel Ante: ut **Pet, vel**
 centum iuxit annos. Quarto Kalendas. Cicer. Hunc per **ante.**
 decem annos aluimus contra nos. Hec docet Priscianus
 lib. 18. Fallitur igitur Erasmus in copia cap. 150.

Si

- In, vel De.** Si tempus sit in sexto casu, deest In, vel De: ut tribus annis, hora prima. Cic. in Topic. Si filius natus esset in decem mensibus. Caesar: De ter:ia vigilia.
- Per, vel Ad.** In Distantia, si sit accusatiuus, deest. Per, vel Ad: ut sex pedes altus, patet vlnas quatuor. Varro lib. 3. cap. 5. Rust. Est lapis à falere pedem, & dodrãtem altus, ipsum falere ad duo pedes altum à stagno, latum ad quinque.
- In.** Si Excessus, vel Modus sit in sexto casu, deest In: ut paulo maiora canamus. Cic. 4. Acad. Democritus huic in hoc similis, vberior in cæteris.
- Cum.** Afficio te honore, prosequor te odio. s. Cum. Cuius lib. 9. dec. 4. Profecuti cum donis legatos sunt. Idẽ lib. 2. dec. 1. Decedentem domum cum fauore ac laudibus profecuti sunt.
- In.** Ibam via sacra. s. in. Terent. Eun. Haud cõuenit vna ire cum amica imperatorem in via. Idem Heaut. Qui nu per fecit seruo currenti in via deesse populum. Virgil. Et victis dominabitur Argis. s. in Argis.
- vel ab.** In causa efficiente deest A. ut Pailco meta: horres frigore. Cic. Acad. Mare nunc (quia à sole collucet) albescit, & vibrat. Ouid. 1. Met. Pluuioq; madescit ab Auero. Ibid. Postquam vetus humor ab igne percaluit solis. Idem. 2. Fast. Sed tamen à vëto, qui fuit, vnda tumet. Silius lib. 6. lenta proclamat ab ira. Sic horreo à frigore. Apulei. lib. 4. Metam. Sed à gloria non periuit.
- Ab.** Terent. Stulto intelligens quid interest. i. ab stulto. Cic. Negant à falsis interesse visa. Horat. Abest virtute diferti Messals. i. à virtute.
- De.** More hominum facis: Amicorum consilio feci. Mea sententia:

sententia: meo iudicio. *f. de Cic. De amicorum sententia*
 Roscius Romam confugit. Idem, idq; de meo consilio.
 Idem Att. Nihil faciam, nisi de sententia tua. Cic. Flere
 de morte alicuius. Plaut. Capt. Rem de compacto geri.
 Idem Menech. Iube te piari de mea pecunia. Idem Epid.
 Quibus de signis agnoscebas.

ADVERBIORVM

& coniunctionum Ellipsis.

Terent. Melius, peius, proffit, obfit, nihil vident nisi An.
 quod lubet. *f. an. ne, vel.*

Velis, nolis: scias, nescias. *f. aut, seu, siue. Cic. quatuor, Aut.*
 ad summum quinque sunt inuenti, qui Milonis causam
 non probarent.

Terent. Hec quum illi micio dico, tibi dico: tu illum Enim.
 corrumpi sinis. *f. tu enim. Virg. Nec sum adeo informis,*
 nuper me in litore vidi.

Hac, illac, extra, intra, equi boni, optimus maximus; Et.
 uti frui. dare legare. *f. Et. vide Adria. Card.*

Non solum elegans, sed facetus. *f. sed etiã. Vide Non. Etiamẽ*

Ouid. Hunc quoque sidera qui temperat omnia luce Igitur,
 Cepit amor Solem, Solis referamus amores. *i. Solis igitur.*
 Terent. Hac non successit, alia aggrediemur via.

Faciam ut iubes. *f. ita vel sic. Horat. Ut tu Fortunam, Ita*
 sic nos te Celse feremus. Plaut. Ut velis esse me, ita ero.

Plaut. Tacita semper bona est mulier, quam loquens. Magis,
i. magis bona. Sæpe Græcis deest Mallon. i. magis. Vnde
 illa: Bonum est cõfidere in domino, quam in principibus.

Terent. Si quisquā est, qui placere se studeat bonis, quam plurimis. i. bonis potius, quam plurimis. i. malis.

Ne. Caue cadas, caue faxis. s. ne. Vnde fallitur Valla, & alij. Cic. Nonne caueam, ne scelus faciam. Plaut. Tu caue, quadraginta accepisse hinc ne neges. Terent. Etiam caues, ne videat te aliquis. Vide Vt.

Non. Post Non modo, Non solum, Non tātum (dum Oratio dubia non sit) deest Non. vt si dicas: Alexander nō modo parcus, sed etiam fuit liberalis. i. non modo non parcus. Cic. 1. Catil. Vt iam ista non modo homines, sed ne peccades quidem mihi passuræ videantur. Ibidem. Sed ita vt non modo ciuitas, sed ne vicini quidem proximi sentiāt. Idem Orat. Nam si, vt in epularum apparatu, non se parcum solum, sed etiam elegantem videri volet lib. 10. Att. epist. 7. Regnum non modo Romano homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile. Idem. 1. Orator. Neque solum in scientiam meam, sed ne rerū quidē magnitudinem perspicit. & 1. Tusc. Mortuorū non modo vitæ commo- dis, sed ne vitæ quidē ipsa quisquā caret. Varro li. 8. ling. Lat. Dicā de vniuersa anabogia, cur non modo videatur esse reprehendēda, sed etiā cur in vsu quodāmodo sequen- da. Accipe rursus testimonia integræ locutionis. Cic. de Senect. Quia non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est. Ibid. Nec solum non molesta, sed etiam iucunda. Ibid. Sed videtis vt senectus nō modo lan- guida atque iners non sit, verum etiam operosa, & sem- per agens aliquid, & moliens. Idem pro Coel. In quo non modo crimen non hærebat, sed vix diserti adolescētis co- hærebat oratio. Idē pro Deiot. Nō modo tibi nō succēsit,

verum

verum omnem tranquillitatem, &c. Idem. 2. Philip. vt non modo non coherentia inter se diceret, sed maxime disiuncta atque contraria. Nec tibi ego aut or sum, vt semper post non modo, non solum, non tantum suppleas negationem: nam sensu integro poteris dicere: Non solum diues est, sed etiam doctus. Cic. Pro Planc. Manlium non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio. Hæc verius, quam Valla lib. 3. cap. 27.

Quintil. Quum Ciceroni dormire interim Demosthenis oratio, verum etiam Homerus ipse videatur. s. non solum. Cic. Vrget ille quidem, & Philotimus, & Cincius, sed etiam ipse crebro interuiso.

Horat. in Arte. Tibia, non vt nunc orichalco vincta, tubæq; æmula sed, &c. 1. Tibia olim non erat vt nunc.

Liuius. Quadringentesimo anno, quâ Vrbs Roma condita erat. i. postquam. Idem. Anno tricesimo altero, quâ Roma condita erat. Idem. Altera die, quâ à Brundisio soluit. Cicer. Terent. Postridie intellexi, quâ à vobis discepsi.

Terent. Adelph. Plus quingentos colaphos infregit mihi. i. plusquam. Varro Rust. Non minores oportet iniri bimas, vt trimæ pariant. i. quâ bimas. Idem. Videndum ne sint minores trimæ, maiores decem annorû. Teren. Eun. accede ad ignõ hÿc, iam calesces plus satis. i. plus quam satis sit, vt notat Quintil. quanuis Donatõ videatur pleonasmus. Terent. Ibid. Plus millies audiui. Plin. lib. 10. Plus vicenaquina oua incubanda subijci ventant. Liuius. Capta amplius duo millia hominum, minus duo millia circa muros cesa. Cicer. pro Rosc. comœ.

Amplius sunt sex menses. Ibid. Amplius triennium est.
Ibid. Triennium amplius in aduersarijs iacere pateris.

Quā ante. Deest & Quā, post aliqua comparatiua. Virg. Tri-
stior, ac lacrymis oculos suffusa. Et Faciam te certiorē.
s. quā antea eras. Nec audiendus est Quintilianus, &
alij, qui putāt, comparatiuum posse accipi pro positiuo.
Terent. Liberius viuendi fuit potestas. s. quā antea.

Quā pro. Docent Grammatici, quasdam esse cōparationes obli-
quas, vel improprias: vt, ditior opinione, tristior solito,
cogitatione citius, calcuus maior pede. Sed in his & simi-
libus crediderim deesse Quā pro. Liuius lib. 1. decad. 3.
Pluribus ignibus quā pro numero manentium factis.
Idem lib. 5. decad. 3. Maior quā pro numero hominum
editur pugna. Q. Curtius lib. 5. Ventus maiorem quā
pro statu sonum edebat. Integre itaq; dicemus: vestis ma-
ior est quā pro corpore, calcuus laxior est quā pro
pede, vel quā pro pede.

Tanquā. Particula Tamen aduersantem aliam desiderat. Cic.
pro Arch. Qui sedulitatem mali poëtae duxerit aliquo ta-
men premio dignam. i. quāuis mali. Idem pro Mil. Qui
nondum libera ciuitate, tamen populi Rom. comitijs li-
beratus est. Idem in epist. Tamen à malitia non discedis.
Valla lib. 2. cap. 4. Vide tamen.

Quasi. Horat. Neque verbum verbo curabis reddere fidus
interpretis. i. quasi fidus. hoc enim est officium fidi inter-
pretis, vt verbum verbo reddat. Idem: vixisset canis im-
mundus. i. quasi, tāquam, ceu, veluti canis. Vide Tanquā.

Sicut. Catull. in Phasello. leua, siue dextera. pro siue leua,
siue dextera. Horat. Cantamus vacui, siue quid vrimur.
Idem.

Idem. Quo non arbiter Adriæ maior, tollere seu ponere
vult freta. Idem. Et Stenelus sciens pugnæ, siue opus est
imperitare æquis.

Horat. Qui sit Mecænas, ut nemo sua sorte conten- Sed.
tus viuat, laudet diuersa sequentes? pro sed laudet. Idem:
multis ille quidem flebilis occidit, nulli flebilior quam ti-
bi. Virgili. i. sed nulli. Idem in Arte: Ex noto fictum car-
men sequar, ut sibi quis speret idem: sudet multum fru-
straq; laboret ausus idem. pro, sed sudet.

Horat. Decies centena dedisses huic parco. s. si dedis- SI.
ses. Cic. parad. Poscit, dandum: eicit, abeundum: mina-
tur, extimescendum. i. si poscit. Terent. Negat quis, ne-
go: ait, aio. Idem Heaut. Rectum est, ego ut faciam: non,
ut deterream. i. si rectum est, ut ego itidem faciam: si
non est, ut te deterream: sic enim ego ante Faernum dis-
spunxi. Horat. i. carm. Sapias, uina liques. i. si sapias.

Horat. epist. 18. Ut matrona meretrici dispar erit, Sic.
atque discolor, infido scurra distabit amicus. i. sic infido.
Idem Saty. i. diues, ut metiretur nummos. i. sic diues, ve-
lita diues: ut infra: ita sordidus, ut se, &c.

Terent. Adelph. Quamquam est scelestus, non com- Tamen
mittet hodie iterum ut vapulet. i. non tamen committet.

Apud Horatium sepe, & elegantissime dicitur Tan- Tanquam
quam, vel quasi. Oda. 7. lib. 1. Sic tu sapiens finire me-
mento tristitiam. Epist. 2. lib. 1. Quæ si cum socijs stul-
tus cupidusq; bibisset. i. tanquam stultus: Ulysses enim
non dicitur stultus. Ode. 26. lib. 1. At tu nauta Vagæ ne
parce malignus arene particulam dare. i. tanquam ma-
lignus. Ode. 13. libro. 4. Ludisq; & bibis impudens.

Epist. 15. lib. 1. Quod me Lucanæ iuuenē commendet amī
cæ. i. tanquam iuuenem, nam senex erat. lib. 1. epist. 2. vi-
uendi qui rectè prorogat horã, Rusticus expectat dum
desluat annis. i. tanquam rusticus. Vide Quasi.

Vel. Vel particula sæpe subicitur, vt diximus in particu-
la Aut. Sed aliud habet etiam elegantioris consideratio-
nis: Nam quū dicitur: vel stultus hæc intelligeret: vel Pria-
mo miseranda manus: deest aliud vel: vt sit: vel Priamo
vel alijs hostibus. Scio Donatum accipere vel pro Etiã.
Budeus in commētarijs exponit pro Nam. Donatus rur-
sus in Phorm. pro Saltē. Ego vero (cui vnus vocis unica
semper est significatio) semper disiungentem particulam
asserō: & alterum vel deesse confirmo. Hoc præclare eli-
cies ex Persio, Saty. 1. Nemo hercule (inquit) leget hæc:
vel duo, vel. Terent. Eun. Hanc tu mihi vel vi, vel clam,
vel precario fac tradas. Tolle hinc duo vel, & remane-
bit Donati expositio pro Etiam. Cic. Q. Fratri: Sunt ista
quidem vel magna, vel potius maxima. tolle alterū mem-
brum, vt in sequentibus. Horat. in Arte. Multa senem cir-
cunueniant incommoda: vel quòd querit, & inuentis mi-
ser abstinet, ac timet vt; vel quòd res omnes timidè, ge-
lidèque ministrat. Idem lib. 3. Ode. 24. vel nos in Capito-
lium, quo clamor vocat & turba fauentium, vel nos in
mare proximum gemmas mittamus. Ibid. Ode. 29. Cras
vel atra nube polum pater occupato, vel sole puro. Itaq;
particula vel sola poni non potest, nisi aliud vel intelli-
gatur. Vide Siue.

Vero. Quintil. Pro patre mori possum, coram patre non
possum. deest vero, vel autem. Terent. Traditus sum mu-
lieri,

lieri, illa illico ubi me accepit, &c. Cic. Hæc morum vi-
tia sunt, non senectutis.

Horat. Ad unguem factus homo. s. usque ad unguem. Viques
Virg. Si non exosus ad unum Troianos. Et ad unum om-
nes occidit.

Terent. Heaut. Eius anuis causa, opinor, quæ erat mor Vt.
tua. i. vt opinor. Cic. Tusc. Niobe fingitur lapidea pro-
pter æternum, credo, in luctu silentium. Pessime Linacer
hic supplet, credo quod propter. Nihil enim tam barba-
rum est apud Latinos, quàm, Dico quod, sequitur quod,
intelligo quod. Deest & vt in illis: Volo facias: nolo di-
cas: velim desinas: rescribas ad omnia rogamus. Et in il-
lis: Sine veniat, sine faciat. Terent. Eun. Sine vt veniat.

Horat. 2. Serm. Ne faciam, inquis omnino versus. i. vt Vt, ante
ne faciam. Male Adrianus Cardinalis docet, vt ne idem ne.
esse quod ne. Imo semper in his formis (caue ne dicas: mo-
neo ne facias: da operam ne veniat) deest Vt. Cic. 3. Verr.
impetrant, vt ne iurent. Ad Q. Fratrem lib. 3. opera da-
tur, vt iudicia ne fiant. Idẽ Bruto lib. 13. Vt ne quid meo-
rum tibi esset ignotum animaduerte operã dare. Terent.
Hecy. Nempe ea causa, vt ne id fiat palam. Itaq; dicimus
eodem sensu: caue cadas: caue ne cadas: caue vt ne cadas.

Catull. Tecum ludere sicut ipsa possem. s. vtinam. Vtinam.
Virg. Troum arma secutum obruerent Rutuli. Ouid. in
epist. Me quoque qua fratrem mactasses improbe claua.
Tibull. Tunc mihi vita foret.

LAVS DEO.

THE
LAW
OF
THE
STATE


OF
THE
STATE
OF
NEW
YORK


IN
THE
SENATE


OF
THE
STATE
OF
NEW
YORK

OF
THE
STATE
OF
NEW
YORK

LAVIS DEO







bat. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.

bat. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.

bat. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.

bat. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.
p. 12. 12. 12.



